

Ad Heb. 2. Idem miserere. Rursum si comunicasti carni & sanguini meo, vnum mecum factus es, imo caput meum tu es. Caput autem membrorum languentium miseretur. ¶ Addit mulier causam clamoris sui: nullus enim nouit plenè clamare, nisi qui suam à demone vexationem, quanta sit sensit. Inquit ergo. *Filia mea malè à demonio vexatur.* O quàm malè: siquidè filià Dei orphanà facit: spòsam Dei viduam reddit, animà ex Deo viuam, interficit: hæredem regnorum cœlestium, inferno vorandam tribuit: liberam in seruitutem redigit. Lazarus enim cum exit de sepulchro, sudario faciem, intitis manus abducit ligatas: in signum mentis in peccatore defuncto obcœcatæ, & voluntatis per peccatum ligatæ. O quàm malè vexatur qui in hostis, tyràni, potētissimi, crudelissimi, inimicissimi manus incidit. Ipse aliàs miser, infirmus & vermis. At Christus.

**Non** *responditei verbum.* Sed respondit ei factum: ego verò malo mihi, factum quàm verbo responderi. Sed aduerte: Dominus tenebat Chananeam, ligabat eam. Nam discipuli dicunt: dimitte eam, quia clamat. Quomodo eam dimitteret, quam traxerat: & idem traxerat, vt rogaret, & rogaret exactè. Gaudet enim Christus nostra exactione. Nam Paulus ter Dominum rogat: & vidua coram iudice improba est. Et amicus ab amico panes extorquet: & propterea iubemur orare, & nunquam deficere.

¶ Sed miraculum est: cur Dominus clamat, eum audire nolumus: tacet verò cum ad eum clamamus? Profectò sapiētia clamat in plateis: ibiq; dat vocem suam. Equidem Christus clamat, si quis sitit veniat. At nunc ad clamores, silet. Prima huius rei ratio est: quia nostræ culpæ priores ita meruerunt. Si clamoribus Dei non respondimus, clamori nostro non respondeat. Secunda: quia sæpe clamamus propter nos: & in die ieiunij nostri inuenitur voluntas nostra: Quam suo Deus silentio retundere vult. Tertia: quia non meretur mater audiri, quæ ita tenerè filiam educavit: vt in diaboli manus mereretur incidere. In digni sunt parentes, fœlici filiorum suorum successu: quos contra Domini voluntatē aluerunt. Quarta, & ea mystica. Optabat hæc anima iam non impugnari: optabat pacem cœlestem: optabat penitus nihil litis habere cum demone. Hæc verò petitio, in terra nostra impleri non potest: est enim hæc vita militia, super terram. Igitur nõ respondit, quia fieri nequit integrè quod petis. Sicut Paulo respòsum est: sufficit tibi gratia mea: quia optare licet, vt demonium leuius feras: at non, vt eum nõ sentias. ¶ Tum Apostoli dicunt, *Dimitte eam, quia clamat post nos.* Agnoscis charitatis ingenium, rogant etiam non rogati: beneficium præstant non petenti. Quàm ergo à charitate distant, qui negant, improbis precibus petenti. Causam verò adferunt: quia clamat post nos, docentes, eum qui vult exaudiri, debere sensim vitam apostolicam sequi. ¶ Sed cur Chananea,

videns sibi responsum non dari, non irata recedit? Certè quia vulnerata erat, ab eo cuius sunt acutè sagittæ. Dictum enim est: Inimici mentiti sunt mihi, & claudicauerunt à vijs suis. At claudus, fœmore tacto & emarcido, quomodo recedat? Tum Dominus qui eam vulnerauerat.

**Non** *sum missus, nisi ad oues Israelis.* Habes primum quanti estimet Christus Iudeos: nã Paulus dicit, eos inimicos propter Euangelium, sed dilectos propter patres. ¶ Si istes, Christum maximè propter gentes venisse. Certè non venit præcipuè, nisi propter virginem & apostolos, qui hebræi fuerunt: qui nostræ fidei fuerunt semina, & radices. ¶ Sed ne graueris mysticum nõ nihil audire. Mulier optabat pacem, & plenam à demone liberationem. Tunc rectè Dominus, nõ sum missus ad hanc pacem in hoc seculo præstendam: sed ad curandos militiæ languores. Pugna duratura est vsque ad calcaneum. Tu enim insidiaberis calcaneo eius. & colubet in semita, mordebit vsq; ad vngulam equi. Igitur sum missus vt saluem à peccatis, non vt omnino pacem præbeam. Non nego quin Christus det pugnantibus pacem: sed nõ in hoc seculo plenam. Ideo dicit, sedere ad dexteram vel sinistram non est meum dare vobis: quia non venit dare vt sedeamus, sed vt pugnemus. Rectè enim dicit: Nõ veni pacem mittere in terram sed gladium. His auditis.

**Illa** *venit, & adorauit eum.* Mali non eum sed sua idola adorant, Pij non adorant semper: sed cum, quadam intrinsecus fidei luce perfunduntur, cum quadam intimè religione tanguntur: cum spiritu aguntur: tunc viuidè Christum (vt hæc mulier) adorant.

¶ Adorans verò mulier dicit. *Adiuua me.* Non dicit: *tu sana, fac, presta.* Sed tu vides laborem, optatum finem assequi non posse, nisi tuo auxilio: igitur adiuua. Quid dicit Lutherus ad hæc? Petit igitur labor, & afflictio nostra: vt eam Dominus pducatur ad finem. Quasi dicas, exigit Deus à nobis materiam, cui præstet ipse formam.

**Non** *est bonum sumere panem filiorum.* Primum Dominus non respondet. Secundò negat. Tertiò canem appellat. Hac igitur ratione spirituales homines se credant tractandos. Despicit se à Domino sepissimè credent: vt quo plus se humiliauerint, eo plus sui, è suo corde reijciant: vt plus Dei capere possint.

¶ Interim id vehementissimè nota. Si probum tibi Dominus iniecerit, gaude: nec enim sine fœnore soluet. Si canem te dixerit, filium faciet. Si induerit te sacco, circumdabit lætitia. Si contumelia te affecerit, pignus suæ misericordiæ præstitit. Quia ante gloriam præcedit humilitas. Neque enim digni sumus dono, nisi humiliati. Ergo bonum mihi quia humiliasti me.

¶ Sed explicemus textum. Mulier, tu petis pacem: quæ est panis filiorum. Beati enim pacifici, quia filij Dei vocabuntur. Non est equum talem panem dare canibus. Profectò canis fi-

delis est domino suo: adhuc tamen brutum animal est: ad vomitum redire solet: agitur nonnūquam in rabiem. Inuidum est, mordax, & malè amās. Has omnes condiciones habet, qui nondum plenè spiritualis est. Est enim animal non percipiēs, ea quę Dei sunt. 2. Solet redire ad vomitum: & sus lota, ad volutabrum. 3. solet morderē, & Paulus admonet, ne mordentes, inuicē cōsumamini. 4. solet parcus amare & malignus, Vbi enim non est plena charitas, ibi inuidia, & detractio locum habet. Non est igitur æquū: vt panem angelorum manducet adhuc animalis homo, licet sit Deo fidelis, vt canis. Interim aduerte eos q̄ spūales nō sunt, hic canes dici: sicut eos vocauit Petr⁹ canes & sues. respōdet mulier.

**Etiam** Domine. En tibi ad pacē via. Cognosce te ipsum: nam Chananea diuino illustrata fulgore, fœtorem suum videt: & amplius se deijcit. Neque enim qui à Deo, vt se intelligat, illuminatur, foramē, aut puteū quærens inuenit, vbi se abscondat à facie peccatorū suorum: & ab ira Dei super se.

¶ Tunc homo non dolet de iniuria, imo exultat: quia per eam viam, venire se credit ad pacem. Imo qui iniurijs lætatur, iam pacem est ferè assequutus. ¶ Nam & inquit, *catelli, edunt de micis.* Hic ergo sunt micę: illic mēsa. hic stillex, illic pluuia: Hic gutta, illic fluminis impetus. Hic scintilla, illic caminus. Hic vita morti commissa. illic fons vitę. Illic ergo pax æterna, immutabilitas, vniuersitas bonorū. Hic verò mica: sed quę edentem beatiorem reddat, quàm totus mundus reddidit suum lulium aut Octavianum. Hanc micam gustauit Anna Samuelis mater: cuius non sunt vultus amplius mutati. Gustauit & Paulus: quem à charitate Dei nihil poterat dimouere. Gustant qui confidunt in Domino: & ideò sicut mons Syon non cōmouetur. Gustant qui diligunt legem Dei, & ideò nō est illis scādalu. ¶ Nota: q̄ in cœlesti mēsa edūt filij sunt, dñi sunt, imò reges, & cohæredes Christi.

**O mulier** magna est fides tua. Et quia fides est reliquarū virtutum fundamentum, & radix: si magna fides, grandes & reliquę virtutes. Videtur mihi fides similis esse Christo: Christus est radix iustitię nostrę. Sed non Christus nudus eam effecit: sed Christus quando sua morte, mortem peccati causauit: Christus, cum sua resurrectione: vitam tribuit: Christus, cum sua ascensione: ascendere dedit. Et cū sua sessione, sedere ad dexteram Dei concessit. Ita fides radix est iustitię nostrę: at non sola, sed cum contritione est causa mortis peccatorū: cum charitate ad proximos, est causa placendi Deo. Et cum humilitate (vocante se catellum) est causa pacis internę. Igitur qui pacem vult fidem magnam habeat: erit verò tum magna, cum te canem & vilissimum agnoueris, indignum omni filiorum beneficio. Id si verè de te senseris: inuenies animam tuam in le-

cto iacentem, in pace in idipsum dormientem. Facta pace cum bestijs terrę: vbi ferè nullus exterreat, omniū quasi malorum timore sublato.

### Et cum transfisset inde.

Proprium est Christi ascendere in cœlum, id est in montem. Nemo enim ascendit in cœlū, nisi qui descendit de cœlo. Proprium est ascendere in culmen perfectionis: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Proprium est ascendere in cathedram summi magisterij: vt doceat nos de vijs suis: vt sit lux lucēs omnibus qui in domo sunt. Proprium est ascendere in summā ignominiam crucis: vt omnis à viperis ictus, credens in eum non pereat. ¶ Et tam est patiēs, & longanimis princeps hic: vt tot turbatum offensis, non cōmoueat, sed sedeat. Cognouit enim figmentum nostrum, & recordatur quia puluis sumus. Rursum sedet in pace, ab omni molestia securus. Non enim accedet ad eum malum, nec flagellum appropinquat tabernaculo eius. Deum sedet in sua hereditate, ab ea nunquam diuellendus. ¶ Crede igitur Christum à Patre sublato in locum mundi sublimem: ad quem omnibus, vndecumq̄, patèret accessus. Hoc est eum ascendisse in montem. Et quia ibi quietè nos expectat ad veniam: ibi enim cum inueniet qui conuerti vult: ideo dicitur in mōte sedere. Priore ratione dicitur expectatio gentium: vt ad quem omnes veniant: posteriore dicitur saluator earum. Vt qui non in transitu, sed morosè nostros velit curare languores. Sed heu, non statim leuare oculos in montem, sed eos in terram declinare. ¶ At quia ppositus est Christus toti orbi in remedium: ideo turbę accedunt, id est, accedit Ecclesia: collecta ex cęcis, claudis, mutis, &c. Vt facillè conuincantur erroris, qui dicunt Ecclesiam ex malis nō constare. Imo verò mali (qui sunt cęci & claudi) ad Christū accedunt. Dñs enim non venit vocare iustos, sed peccatores. Siquidē non est opus sanis medico, sed infirmis: & profectò cum publicanis, & peccatoribus māducat Christus. ¶ Sed specta infirmorum ordinem: accedunt primum muti, tū cęci, claudi, debiles, demum alij multi. Planè sicut tētati (si repugnamus) lingua tunc rationis loquitur dicēs, se non consentire peccato: ita si non repugnamus, eadem lingua tacet, & muta consentit. Primus ergo in infirmitate est mutus. Tū ratio fit cęca, amisso. s. lumine gratię. Dicete Dauid. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum nō est mecum. Tū pes, id est, affectus sanctorum desideriorū claudicat, & manus sanctorū operū debilitatur. Hi verò oēs infirmi, cū alijs multis ad Christū accedunt, vt indicetur: nullum ei morbi genus, siue spirituale, siue corporale, esse incurabile.

¶ Quod verò addit: proiecerunt ad pedes eius. Id primum significat, Ecclesiam suos languidos ad pedes, id est, ad ministros Christi prouicere. Vt ab eis

1. Cori. 2.  
2. Petri. 2.

Galat. 5.

2. Petri. 2.

1. Regū 7.

Roma. 8.

Psal. 124.

Psal. 118.

Conciliū  
Tridenti.

Ephes. 2.

Psal. 47.

Prouer. 1.

Ioannis. 3.

Ioannis. 1.

Isai. 2.

Math. 5.

Ioannis. 3.

Psal. 102.

Psal. 90.

psalm. 109.

Genesis. 49.

Math. 1.

Psal. 16.

Math. 9.

Luce 5.

Psal. 37.

ab eis sacramenta recipiāt & ita sanentur. Nam Sacramentum Baptismi, & confessionis habent vim sanandi eos, qui mortui veniunt, cæci, & claudi. Quin & Eucharistia viuificat mortuos. Ideo rectè ad pedes proiici dicuntur. Licet enim minister, abiectissimus, & pessimus sit: modo Christi minister sit, efficaciam habet ad infirmos sanandos. Secundò: proiici ad pedes, & tangere simbriam: videtur significare, Christum posse suos sanare & satiare infirmos rebus quibusuis, etiam infimis. Ergo non in solo pane viuit homo, sed & tactu simbriæ, & præsentia pedū Christi: quin & sola Petri adumbratione.

¶ Sanatos verò turbæ admirantur. Vtiq̄ue magna admiratio est, peccator ad Deum conuersus. Est enim lux in medio nebulæ fulgens. est Israël per medium maris transiens. Est arca medium Iordanis aluicum scindens. est vita in medio mortis: & velut deitas in medio vniuersæ vanitatis. ¶ Admirantur verò turbæ, & magnificant Deū, tãti opis factorè: q̄ hoc facinus sui sanguinis merito facere potuit. atq̄ turbæ miratur: nostri verò tēpotis homines nō miratur. sed calūniatur.

**IESVS** verò conuocatis discipulis dixit, miserereor super turbam. Reuera in similitudinem hominum factus est Christus, & est habitu inuentus, vt homo. Nihil verò magis est hominum, quàm hominum misereri. Siquidem irasci, & vindicari: leonum est, & ferarum,

¶ Tu etiam aduerte sectatores Christi, etiam in temporalibus, ab eo non destitui. Vt verum sit: Primum querite regnum Dei, & omnia reliqua adicientur vobis. Prius certè saluat animas: quia ex v suris & iniquitate redimit animas. sed etiam saluat & satiat corpora, etiam vsq̄ue ad satiem, non ex pretiosis, & curiosis: sed ex modestis, & necessariis scilicet pane, & piscibus.

¶ Satiat verò eos qui cum illo, triduo perseuerant. Nota verbum, cum illo. Profectò, multi videntur sibi cum Christo perseuerare: at non cum Christo perseuerant, sed cum sua voluntate. Latet hic morbus. credis te Christum sequi, at non illum: sed tuum venaris honorem, opes, aut voluptates. Porro turba non discedit à Christo, etiam ieiuna: etiam triduo non edens: etiam nihil remurmurans. Quod miraculi loco est, sed iudicium, non se querentis animæ est. Satiantur verò in fine tridui, non initio conuersionis, nec medio, sed in fine. Deficere enim debet farina ex Ægypto abducta: vt gustare liceat mâna. Ideo tertia die reficiuntur illi discipuli q̄ in Emaus ibāt. Dicunt enim: & iam dies tertius est hodie: & ideo

Paulus tertio die, post cōuersionē māducat, & reficitur. ¶ Addit Dñs: Ne deficiant in via. Est, n. ardua via, & super hominum viam. imo contra carnis viam. Vbi sæpe, penè mouentur pedes: penè effusi sunt gressus nostri. Vbi sæpe nauseam habet homo, super isto cibo leuissimo Vbi locustis conflictandum est, cum gigantibus. Vbi laborantibus videtur Christus sæpe phantasma, ò

quoties deficeremus in via, nisi Dominus pasceret nos & animam nostram conuerteret. vt Dauid profitetur. Cibus verò quo reficit, est experimentum quodam cœlestis dulcedinis. quæ sola reficere in via potest. ¶ Dño verò interroganti vnde reficiemus, respondent discipuli.

**Vnde** nobis panes tantos? Primum: hæc grauis est reprehensio nostrorum Episcoporum: qui singuli, panes tãtos habent: vt reficere quatuor millia hominum possint: cum tamen omnes Apostoli solos septem panes haberent. Secundò, hæc est vera prædicatoris confessio. Non habeo panes, quibus satiem. habeo verba, quibus aures audientium demulceam: sed non habeo panes, quibus animos fidelium satiem Tertiò: verè dicunt Apostoli, non sunt nobis panes tanti: non enim panis exiguus satiare animum potest. tantus esse debet panis, animas satians, quãtus est ipse Deus. Tūc enim inquit satiabor cum apparuerit gloria tua. ¶ At Dominus: *Quot habetis panes?* Dicunt illi septem, & paucos pisciculos. Placet per panes septem, intelligere Sacramenta Ecclesiæ septem: & per paucos pisces, Sacramentalia pauca, quæ in Ecclesia sunt instituta. Sunt hi panes, continentes in se, gratiam, & gustum cœlestem. Quis enim poterit exprimere gustū, quē qui verè se ad hos panes edēdos præparauit, percipere solet? Panes orti sunt de terra: ita sacramenta ex latere Christi defuncti. quæ fuit terra, dans fructum suum. Pisces oriuntur ex aqua: ita Sacramentalia oriuntur, ex autoritate Petri piscātis in aqua. Sunt porro pauci pisces: quia pauca Sacramentalia esse conuenit in Ecclesia. at qui ea deuotè perceperit, dulcedinem cœlestem inueniet. gratia. n. in ipsis confertur, at nō plenè. Nec enim sanare aut confirmare possunt hominis cor. Hos panes, hosq̄, pisces soli habent Apostoli, Synagoga enim nō habebat sacramenta, aut sacramentalia gratiæ effectricia: sola Ecclesia tanto potitur thesauro. ¶ Porro præcipit Dominus eos discubere, sup nuda humo. Igitur eorū pauci habebāt vestes pretiosas. Si enim habuissent, vix recubere voluissent super terra. Vt intelligas nō multos sapiētes, diuites aut nobiles, è Christi pane māducare. vel certè si quis diues est, aut nobilis, diuitias contēnat, & nobilitatē: vt in nouissimo loco recubat, & edere possit. Ergo ad edēdū panē hūc requiritur ea animi modestia: vt nō te credas altiori loco dignū: quã humili terra. Tū requiritur ea obedientia ad Dñi voluntatē: vt si te ex regio throno, ad puluerē descēdere præcepit: nō remurmures: sed facilè te præbeas. Eant nūc pōposi homines, auro & purpura cocti: eant superbi: eant præfracti: vt cibo cœlesti satientur. Non sapit hic cibus pleno stomacho: nec sapit mâna, his qui cœpis & alliis sunt satiati.

**Accipiens** Dñs. 7 panes gratias agit. Agit gratias qd̄ Deus hæc sacramenta instituerit: quodq̄, se astiturū obligarit (etiã cum ab iniquis ministris exerceretur), ad gratiã per illa

Math. 4.

Act. 5.

Exodi. 15.

Iosue. 3.

Psal. 37.

Philip. 3.

Math. 6.

Psal. 71.

Exodi. 12.

Luce. 24.

Act. 9.

Psal. 72.

Numer. 21.

Numer. 13.

Math. 14.

Psal. 23.

Psal. 16.

Psal. 103.

1. Cor. 1.

Lu. c. 14.

1. Cor. 1.

Lu. c. 14.

Numer. 21.

Sacramēta prestandā. quod profectō maioris est miraculi, pōderis, & cōmodi: q̄ Solē, lunā, & cœlos condidisse, vnde nobis vita manat terrena.

¶ Distribuit verò: vt sciamus: suę voluntatis esse Sacramentorum frequentationē. nec enim à solis Apostolis panes ēdi voluit, sed ab omnibus. Tūc igitur communica Christi corpus, quoties infirmus ad pedes Dñi perseuerasti. ¶ Dat verò discipulis, vt distribuant: quia sacramentorū distributio ad nullos nisi ad Ecclesię ministros spectat. vt mentiatur Lutherus: dicens etiam laicos posse cœlestes panes populo ministrare. Intelligant verò discipuli, non ex se sed ex Christo, panes habere efficaciam. ¶ Illi verò comederunt, & saturati sunt. ò verè satiē beatam, qua gustata desipit omnis caro: qua satiatur anima in crassitudine. qua inuenit homo animę suę requiē. qua bibita, non sitit anima in æternum. qua aperitur os, & Dominus illud implet. qua aperitur os, & attrahitur spiritus. &c. ¶ Porro numerus satiatorum fuit 4. millia. Quatuor numerus est laboris: vt qui non laborat, nec māducet. laborantē enim agricolam oportet de fructibus percipere. ¶ Me mēto Dominum pauisse suos in vtroque testamento, sed non nisi in deserto.

## CAPVT. XVI.

Et accesserunt ad eum phari.



**N** VLLA in orbe quæstio proponi potest maior, quā hæc q̄ est à Pharisæis Christo proposita. Hoc n. quærunt: Si te Deum esse fatearis, ostēde signa. disputarūt Philosophi an essent dij, & si essent: q̄ nā esset humana fœlicitas. Christus fatetur se esse Deū, & nostram fœlicitatē, & vitam. Rogāt homines, vt id signis de cœlo probet: nam signa terrena à dæmone videri possunt fieri: qui principatum habet super terra: nō item super cœlo. Sanè Deus, vt se Moy. si Deum probaret, & Iudæis: magna in Sina signa de cœlo prestetit. Si tu fidelibus, Deum te esse asseris: id ita esse probato. ¶ Et planè Christus non eis exprobrat: quòd hanc quæstionem proponat: sed quòd post tanta signa sufficientissima, proponant. Respondet igitur: Vos habetis acumen, vt ex re parum necessaria, nimis distanti, nō nimis certa, id est, ex rubore vespertino, colligatis serenitatem futuram. Cur non habetis acumen: vt ex signis temporum colligatis me Deum esse? Profectō nihil maius potuit in vita contingere, quàm meus in orbem aduentus. Nihil sanè magis referre poterat hominum, quàm huius aduentus signa cognoscere. Ideò Deus prædixit huius rei certissima signa. Talia sunt quæ Isaias cecinit: Deus veniet, & saluabit vos. signa erunt: Saliēt sicut ceruus claudus. aperta erit lingua mutorum. Et item: Spiritus Domini super

me. signa erunt: vt mederer contritis corde, prædicarem captiuis indulgētiam. Et item: Ego mitto Angelum meum (qui fuit Baptista) qui præparabit viam, ante faciem meam: & statim veniet ad templum suum, Dominator quem vos queritis. Et item: Erit mons sublimis inter omnes colles: ad eum fluent omnes populi, dicentes: venite ascendamus ad montem hunc: vt doceat nos de viis suis. Hunc populorum confluxum ad Christum videbant Pharisæi. Item: Reges Tarsis munerera offerent: reges Arabum, & Sabba dona adducent. id viderunt in aduentu Magorum. Adde illud: Non auferetur sceptrum de Iuda. &c. Quid an non videtis mortuos à me excitari? Num id arte aliqua fieri potest? An non videtis tot millia satiari, ferè sine panibus? An non hæc, sunt apertissima signa? ¶ Hæc Christus ad Pharisæos: Nostro verò tempore non desunt qui signa petant. Adeò grande negocium est, in Christum credere. His verò dicendum: Interroga patres tuos & dicent tibi, & maiores tuos & annuntiabunt tibi. id est, lege maiorum hystorias, & inuenies innumera signa. ¶ Sunt etiam inter fideles, qui cum aduersam patiuntur fortunam dicunt: Num Christus est Deus? Si Deus est, cur non fauet suis? Quasi verò, non sit hic communis omnium mortalium cursus: vt præcipiti fortunæ rota, nunc attollantur, nunc deiciantur. ¶ Sunt demum: qui in peccato iacentes, Christi misericordiam in vitæ fine, ab ipso habituros se credāt. Hi in fine vitæ, signum de cœlo querunt. Communis enim lex est: vt qui male vixit, malè pereat: vt sit mors peccatorū pessima. Hi verò in peccatis decocti, contra hanc legem, signum sibi petunt, vt in morte eripiantur ab inferno, quem tota vita meruerunt. At profectō quisque iudicabitur secundum opera sua: & tu thesaurizasti tibi iram, secundum duritiam tuā, & impœnitens cor tuum. Eos enim qui non acquiescunt veritati: sed credunt iniquitati, ira, & indignatio manet. ¶ Inter pios sunt qui à Deo amoris signa querant: queruntur enim se derelictos: queruntur se non gustare cœlestia. At his signum est, quòd Christus in Cruce sine delitiis est, & quòd per Crucem ad delicias venit.

**Hypocrite** *faciē cœli nostis iudicare.* Nota. Homines alij sunt q̄ spūm Dei habēt: verè homines, imo Angeli, imo Dij. Hi penetrare possunt etiā p̄funda Dei: habēt. n. spūm, cuius est hoc munus. Alij sunt homines: q̄ vidētur homines, sed iumēta sunt. Hi sunt hypocrite: hi faciē cœli, nō verò p̄fundū cœli iudicare possunt. exteriora. n. legis norūt, non itē interiora: ideo grauiss. reprehēdūtur. ¶ Nota 2. Faciē cœli iudicatis, non verò signa tēporū. memento eius verbi qd̄ habetur Exodi 19. Iā, inquit, mane inclarauerat, & ecce cœperūt audiri tonitrua, & nubes dēfissima operire mōtē: & timuit oīs popul⁹. &c. Igitur antequā daretur lex vetus, signa p̄cœdētia fuerūt: mane rutilās, deinde nubes, & triste cœlum.

Isaie. 7.  
Math. 11  
Ioannis. 5.  
Psalm. 80.

2. Thefs. 3.  
2. Timo. 2.

Mala. 3.

Isaie. 2.  
Mich. 4.

Psal. 74.

Math. 2.

Deuter. 32.

Psal. 33.

Roma. 2.

Roma. 8.

Ican. 72

Exod. 19.

1. Cori. 2.

Isaie 35.  
Isaie. 61.

omni de cœlo.

cor lū. Quę signa erāt futurę tēpestatis. i. legis dā-  
de in timore, in horrore, Deus. n. dans legē velut  
iratus dedit. ideo dicit dedi eis pcepta non bona.

Ezechi. 20  
signale  
915

Igitur nubes de la pcedēs, iudiciū erat lachry-  
marū futurarū. Cōtra eū lex noua dāda erat, hęc  
signa de cęlo danda nō erāt: sed potius leuis nu-  
bes, sicut illa quę vespi a Sole irradiatur: in signū  
future pacis, & serenitatis: & ita data est caro Chri-  
sti: in quā vt in nubem leuē ascēdit Sol Deitatis.

Isaię 19.

Hęc humanitas deificata, opera humilitatis, pa-  
cis, & charitatis ostēdēs, fuit quadrātissimū legis  
cōdēde signū. Sapiētissimē ergo Christus respō-  
det. vultis signa talia, qualia ante legē: ea nō cōue-  
niūt legi serenitatis, quin potius, cū iam simus in  
nouissimis tēporibus, & in vespere mūdi, future  
serenitati cōuenit nubecula, Solis irradiata ful-  
gore: qualis caro mea est. ¶ Nota 2. Sol illustrat  
nubē, mane, & vespere, hoc verō discrimine, quia  
nubes mane illustrata, incrassatur, & ideo luce  
cōsumpta, tenebescit: & in aquas dissoluitur. At  
cōtra, nubes quę vespi fulget, sensim absūmitur:  
& ideo futura serenitatē prēmōstrat. In his ha-  
bes: Solē iustitię oēs homines (velut nubes) illu-  
minare. Sed hoc interest, quia ipij illuminati in-  
crassantur corde, lucē sensim repellētes, ideo ex-  
cæcantur, in argumentū suarū lachrymarū, quia  
in inferno in fletū & stridorē dentiū dissoluētur.

Calat. 4

Deuter. 32.

Math. 73.

Cōtra fit impiis, q̄ illustrati carnē suā sensim mor-  
tificāt, in future suę serenitatis iudiciū. Igitur hy-  
pocrite, si faciē cęli iudicatis, cur nō iudicatis ex  
vestra illuminatione, & incrassatione, (qualis in  
nube matutina cōtingit,) futura vestra in infer-  
no tēpestatē? ¶ Nota 4. Vt ad mores redeamus. Ij  
homines signa tēporū iudicāt, qui ex tēporū va-  
rietate depēdēt. nihil aliud q̄ tēporū occasionem  
aucupātes: vt tēporalia cōparēt cōmoda, vel ca-  
ueāt incōmoda. o mortales, q̄ toti ex signis tēpo-  
ralibus pēdetis, an nō etiā signa tēporū vestrōrū  
spectabitis? an nō spectabitis Christū nascētē, mo-  
riētē, iudicaturū? An nō spectabitis alios q̄ mo-  
riētur? Vel certē, cur nō vestros canos cōsidera-  
tis, p̄ximā mortis prēnūcios: vt ad Christū con-  
uertamini?

**Dixit** Iesus illis, intuemini, caute a fermētō pha-  
risæorū & Saduceorū. Creauit De⁹ homi-  
nē summē sapiētē: peccauit ille, factus est iumētū  
insipiēs. Eget igitur doctore, & doctrina. Facile  
verō est intelligere: quātū sit periculi, falsum pro  
vero doctore: tenebras, p̄ vera luce doctrinę ac-  
ceptasse. Certē quātū interest inter ascēsum per  
scalā iacob in cęlū: & p̄cipitiū p̄ foucā peccati  
in infernū. Ideo Dñs tāto verborū & rerū pōde-  
re dicit: videte, caute. estote vt animalia illa Eze-  
chielis, oculis plena: vt a falsa doctrina caueatis.  
Habete sexaginta fortes, gladios habētes sup for-  
mur: p̄pter timorē tenebricosę doctrine. Omni  
custodia custodite cor vestrū, ne pharisaico fer-  
mētō fermētetur. ¶ Dubitabis, qd̄ nā sit fermētū  
hoc? Peccauimus, quia auersi sumus a Deo, re no-  
bis intima, cōuersi ad cibum vctitū, rē nobis exti-  
mā. Hęc fuit persuasio, & doctrina diaboli. Igitur  
ois doctrina quę auocat ab interioribus, & reuo-

Ezechie. 1.

Cantic. 3.

Prouer. 4.

Genesis. 3.

cat ad exteriora fermētū est pharisaicū. Pharisei:  
n. toti sunt in exterioribus: toti lauāt manus, vt  
ceos, lectos, ieiunāt bis in Sabbato, decimas dāt.  
Nihil verō de interioribus: imo sepulchra sunt  
plena ossibus mortuorū. i. peccato induratis. Si-  
quidē pleni sunt odio & rapina. Nihil de charita-  
te. cū potius odio Christū habuerint gratis. Nihil  
de humilitate, cū poti⁹ gloriā ab hominib⁹ quæ-  
rāt. Nihil de eleemosyna, quin potius lōga ora-  
tione domos deuorēt viduarū. En doctrina quā  
caueam⁹. Gratię Christo, q̄ maximē mūdicię &  
sanctitati interiori, q̄ Deus in abscofo videt, intē-  
tus: nos eā docuit. Oculi en nostri vidēt p̄cep-  
torē suū, & aures audiūt post tergū monētē, Hęc  
est via, ambulate p̄ eā. ¶ Quod si doctrina fermē-  
tū est, igitur nos farina sumus: q̄ Deus aut diabo-  
lus edat. Sicut. n. Deus panis noster est: ita & nos  
eius panis efficimur. aut cōtra panis sumus cor-  
uorum, quos pistor suspendēdus, in capite por-  
tat. Vide quām sit periculi res plenissima, hoc  
vel illo fermento commisceri.

Marci. 7.

Math. 23.

Ioānis. 15.

Ioānis. 5.

Math. 3.

Math. 6.

Isaię. 38.

Ioan. 6.

Genes. 48.

**At illi** cogitabāt dicētes, quia panes nō accepimus.  
Hic primū nota: quā sit orandū nobis:  
vt cum Deus alicuius nos admonet, eū intelliga-  
mus. Percutit nos ille: orādum, vt intelligamus.  
quorsum pcutiat. Fauet ille, orādum vt intelliga-  
mus, quorsum faueat. quis verō sapiēs, & intelli-  
get hęc, & intelliget misericordias Dñi? Secūdō  
nota: Dñs admonet discipulos: vt caueant a falsa  
doctrina: at illi anxij sunt, quia nō acceperunt  
panes. o miserā nostrā sortē: & quādo a rerū tem-  
poraliū cura auellemur? Quādo nō toti huic sol-  
licitudini incūbem⁹? Meritō p̄fectō tā anxīā cu-  
rā reprehēdit Dñs dicēs: *Modice fidei qd̄ cogitatis,*  
*quia panes nō habetis?* Si credim⁹ Deū nos amare, &  
ita amare, vt filiū nobis dederit: quomodo nō cū  
illo donabit omnia. Si Pater est, si spōsus, si ami-  
cus, si pastor, si rex, si mater, quomodo obliuiscē-  
tur eorū, quos in vlnis gerit? Si gustū dat cęli in  
terra, (panē illū quē adūt Angeli:) quomodo nō  
dabit panē, quē adūt iumēta? Potest ille de petra  
profundere aquas: potest farinulam, & lechy-  
tum olei plenum semper exhibere. potest Danie-  
lem in lacu, Eliam pascere in deserto.

cura  
tempo

Rōma. 8.

Math. 6.

Isaię. 49.

Psal. 77.

Deuter. 8.

3. Regu 7.

**Tunc** intellexerūt, quia nō de pane, &c. Et hęc est  
altera miseria, qd̄ nō nisi reprehēsi, &  
grauiter obiurgati in veritatē incidimus tādem.  
Quod si via ad veritatē, reprehēsiō est: reprehē-  
di cupio: sciēs, eos Dñm castigare, quos diligit: &  
qd̄ si extra reprehēsiōnē sum: adulterinus, & nō  
legitimus filius sum, quia q̄ in labore hominum  
nō sunt, tenētur a supbia: & operiūtur iniquitatē.  
¶ Aduerte: Nō solos Dñs reprehēdit eos, q̄ iacēt  
in peccatis: sed eos etiā q̄ sui discipuli sunt, ne qs  
credat se iā euasisse flagella, si grauiora se credit  
euasisse peccata. Cur igitur deuoti molestissimē  
flagella ferūt? ¶ Aduerte rursum. Dñs dicit: fugiē-  
dā esse doctrinā pharisaorū & Saduceorū. Sadu-  
cei significāt, sanctos, pharisei segregatos. Quo  
ostenditur fugiendam esse doctrinam viri, qui  
sanctissimus videtur, & rarissimus: nisi doctri-  
nam afferat Christo conformem.

Hebrę. 12.

Psal. 72.

Venit autem Iesus in partes.

**Venit** *Iesus in partes Cesareae.* Vt. i. cōfessio Petri: eius ad regnū spūale inauguratio: & e. pastorale officiū, nō ad Iudeos tātū, sed maxime ad Gātes spectaret, erat. n. Cesarea gētū, nō Iudeorū. Et secūdō, vt indicaretur, nō minore tēpore duraturū Petri imperiū, q̄ Cesareū. Rogat ergo Dñs: quē dicūt homines esse filiū hominis? Sūma interrogatio est: Tota. n. salus hinc oritur: si rectē de Christo sentias. Et licet olim satis fuerit ad salutē, si in cōfuso crederetur vēturus saluator: at vt indicaret Christus, eā fidē implicitam iam nō satis esse, nisi explicita Christi, Dei & filij Dei, habeatur: ideo interrogat fideles, quē eū credāt: vt nemo seruari possit, nisi eiusdē cū Petro cōfessionis. quod innuitur in illo verbo: Beatus es Simō. quasi dicat, nullus erit beatus: nisi similiter cōfiteatur. Respōdēt discipuli: Alij Eliā. vt indicaretur, extra Ecclesiā oīa esse diuisiones, varietates, & mēdacia: imo & somnia, vel deliria. Simul intellige, tātū fuisse Christū, vt nemo, nō deploratus, nō magni eū estimaret, nō. n. nisi magnis viris eū cōparabāt. Dices: Iudei eū vocabāt dēmoniacū. Profectō etiā iniusti dicūt nō esse Deū. & nō esse equā viā eius. Vos autē (inquit Dñs) quē me esse dicitis? Quid pōt ab homine interrogari: vel maius, vel difficilius, vel vtilius? Quid sentis de eo: quē hominē, vilē, pauperē, & abiectū vides? Si. n. minus equo, de hoc homine senseris, nō minus eterna morte punieris. Sin cōtra, qd' equū est sentias, nō minus q̄ ad cōlū viā tibi est. Tunc Petrus fide viua dixit: **T V E S C H R I S T V S** ille tātōpore decātatus à Prophetis. Et talē te cōfiteor, qualem te illi delinearūt. Illi te regē, magnū, cōsiliariū, Deū, fortē, patrē futuri seculi, admirabilē, māsuetū, hostiā. &c. te depinxerunt. ego eūdem p̄fiteor. Rursum:

**Tu es filius Dei.** Filiū te Dei naturalē Christiani fatebūtur: ego omniū illorū loco: vt p̄cētor chori, idē tibi cano. Hāc vna mea cōfessione omniū fidelīū p̄cedētīū & futurorū fidē vniuersam complector. Tāta est diuini radij lux, vt hominis opici & rudis mētē tātū illustraret. & mirū est, si nō genibus flexis hęc Dño dixerit. Quia igitur Petrus singulariter hęc dixit, idē Christus eū singulariter p̄fessus est: **BEATVS ES SIMON.** Fides te viua beatū omnino facit, p̄ huius vitę ratione: & si fides mortua est, beatū quadātenus facit: principiū siquidē beatitudinis habet, qui fidē habet. Admonet tñ, eū esse filiū Ionę, vt intelligat eū q̄ humili loco, in q̄ excelsum ascēderit. nec. n. sine humilitate vult Dñs sublimare. memorq; sui sit, qui in Dei cōsortiū asciscitur. Et Planē indignus cōelo est, q̄ nō memoratur se terrā esse. Item dicit eū filiū Ionę: vt intelligat, nō viribus suis eū esse beatū: sed Patris reuelatione. Nec. n. retibus & nauis, quę hereditaria Petrus à suo Patre receperat, eā beatitudinē assequutus est. Quia neq; caro (inquit) neq; sanguis reuelauit tibi. ō mūdū fallacē. Pro mittit mūdus beatitudinē: sed interim qd' te ille

sibi vēdicauit, beatus esse nō poteras. at simulac lumē Patris, carnis lumē, (vel potius tenebras,) obscurauit, beat⁹ iā es. Si mūdi aut carnis sequaris magisteria, beatus nō es. At si totius seculi magisterio despecto, vnicē Patris legē secteris: beat⁹ eris. Fœlices Christianos, quorū, Pater magister est. fœlices quos Pater in re tā ardua, certos suo lumine reddidit. Sed profectō tāta res erat Christum Deum confiteri: vt non nisi Patri reuelanti fides esset adhibenda.

**Et ego** *dico tibi, Tu es Petrus.* & cæ. Sex promissiones, hęc Christi ad Petrum verba continent. Prima, Tu es Petrus. Planum est Dominum hebraicē, vel Syriacē potius, loquutum. Ergo verba eius fuerunt hęc: Tu es Cepha. porro Cepha, Syris est Petra. Ergo Dominus dixit Petro, Tu es petra. Quod si semel recipias, null⁹ erit dubitādi locus, an in toto sermone sit sermo de solo Simone, an de aliquo alio. Certē Sanctes Pagninus, addē, & doctissimos interpretes, eo loco vbi Dñs Ioan. i. dixit Simoni, tu vocaberis Cephā, qd' est interpretatū Petrus: ipsi trāsferūt. quod est interpretatū petra. Ergo Ioānis primo, Christ⁹ Simoni nomē petrę p̄misit, & hoc loco p̄missionē exhibuit. Et ita dixit: Ego dico tibi, quia tu es petra. Quod, q̄ expositionē habeat, nō est facilē explicare. Lyra. n. sup Ioāne. c. i. dicit: tu vocaberis Cephā. i. capitane⁹. Marcellus papa p̄bat Petrū esse caput: quia dixit Dñs, tu es Petrus. At p̄fectō 2. Regū. 22. dicitur: Dñs petra mea, & robur meū. Videtur ergo Christus Petro dixisse. Ego tibi dico, qd' sis robur, & firmitas. Quo colligitur pōtificatū Petri fore firmissimū, & nūq̄ defecturū. Paulus. n. dicit: spūali cōiequēte eos Petra. quasi diceret: Iudeos in sua peregrinatione semp petrā habuisse comitē. Habebūt ergo & Christiani suā Petrā. i. Pōtificatum Petri in comitē perpetuū. Philo. n. dixit: aquas de petra p̄cussa p̄deūtes nūq̄ deseruisse Iudeos p̄ desertū. & 2. Dictū est: Petra refugiū herinaceis. Voluit igitur Christus, Sedē Petri fore refugiū omnibus iniuriā patiētibus. Habet Isaias: Attēdite ad petrā, vnde excisi estis. Igitur Abraham erat petra, vnde oēs Iudei erant, secūdū carnē excisi: idē iubētur, vt eū imitētur: Ita proponit nobis Dñs alterā Petrā, Simonē: vnde excisi sint, secūdū fidē Christiani, quē imitari debeāt. Verbū ergo Domini, tu es petra, significat: Tu es petra in seculum duratura. Tu refugium calamitosis. Tu exemplum fidelibus.

**Secunda** promissio Christi ad Simonē est. Sup hęc petrā, edificabo Ecclesiā meā. Quod hūc sensum habet: lapis sup quo tota edificij moles surgit, primus est. & q̄ sup eo lapide nō radicatur, ad edificiū nō p̄tinēt. Ita Petrus primus est in edificio Christiano: Quę Petri maxima laus est. Iā qui cum Petro non radicatur, & colligatur, ad edificiū Christianū nō spectat. Vt igitur Christ⁹ lapis offēssionis est: in quē q̄ credit, nō cōfunditur, q̄ verō offēdit, cōteritur: ita Sedes Petri petra est, cui q̄ credit nō cōfunditur: q̄ nō credit p̄t. Rectē igitur Anaclet⁹: difficiliōres causę referen

Ioan 7. 10  
Psal 13.  
Ezechie. 13

Isaic. 6.  
Zachar.

Leo papa  
Petrū vocat petrā.  
ser. 3. āniuer.  
2. sūp.  
Idē Augusti, serm. 2.  
in festo. Petri & Pauli.  
Idē Ambrosio. d. 50.  
c. fideliter.  
Idem Basiliius homilia. 29.  
Epistol. 1.  
Decretali.  
1. Cor. 10

375.  
Psalm. 103

Isaic. 58.

Mar h. 23.

Epist. 1.  
Decret.

sp. sup  
eleg.  
299.  
eleg.

referēde sunt ad Petrū, sup quē edificata est Ec-  
clesia. A quo q̄ declinauerit, ab Ecclesia declina-  
uerit. Rectis imē Cyprianus: Petrus est fundamē-  
tum Ecclesie: vt vna radix, vnde multi rami: vt  
vnus fons, vnde multi riuī. Si ramū à radice, vel  
riuū à fonte diuellas, arefcit. Volut ergo Dñs,  
neminē fidelē, posse à Petro diuelli. Et quātū cō-  
iecto, hoc loco voluit Dñs omnē cōsecrationem  
Episcoporū, reliquorū etiā Prēlatorū, ex Petro  
descēdere. Vt nisi ab eo, nemo Prēlat⁹ esse possit:  
id agnouit Papa. c. licet, de prēbēdis li. 6. & capi,  
inter corporalia. de trāslatione Epi. & dist. 22. ca.  
omnes. Vbi asseritur de iure diuino translatio,  
institutio, confirmatio, & depositio Episcopo-  
rum Romano pōtifici. Multa de ea re Canonice,

**Tertia** promissio est: Portę inferi nō pręuale-  
būt. Memēto, in portis vr̄bis, fuisse iu-  
dices, cōsilia, & totā vr̄bis autoritatē. vnde dictū  
est: ferēt signa virginittatis, ad seniores vr̄bis q̄ in  
porta sunt. Et experiētia teste, in portis vr̄bis sūt  
arma, & tormēta bellica. Itaq; in portis erat, & au-  
toritas, & potētia vr̄bis. vnde dictū est: possidebit  
semē tuū portas inimicorū suorū. & itē: possideat  
semē tuū portas inimicorū suorū. Cū ergo infer-  
n⁹ sit, velut ciuitas, cuius rex est Lucifer p̄ por-  
tas inferi intellige, cōsilia, autoritatē, potētia de-  
monū. Hęc nō p̄ualebūt cōtra Ecclesiā. Quo pri-  
mo infertur: nullū errorē posse totam Ecclesiā  
maculare: nec Conciliū, qd̄ totā Ecclesiā reprē-  
sentat. Secundō: nec vitiū totam Ecclesiā macu-  
labit. Nunquā erit tota in peccato mortali: est. n.  
speciosa & colūba. Tertiō: nunquā de erit pugna  
infernī cum Ecclesia. Quartō: Nunquam Petrus  
carebit Ecclesia. Siquidem totus infernus non  
pręualebit contra Ecclesiam in Petro fundatā.

**Quarta** promissio est. Tibi dabo clauēs re-  
gni cœlorū. Explicatur ex Luca: tu-  
listis clauē sciētie: & nec vos introistis, & eos qui  
ingrediebātur phibuitis. Igitur clauis vna est ca-  
thēdra, magisteriū, & docēdi autoritas: q̄ scribē &  
Pharisēi habuerūt. ¶ Rursum est apud Isaiā: lo-  
quētē de Eliacim sacerdote: Dabo clauē domus  
David, sup humerū eius: aperiet, & nō erit q̄ clau-  
dat. Vbi nō intelligitur clauis David p̄ imperio  
seculari. Nā erat tūc rex in Iuda, ad quē regni se-  
cularis imperiū spectabat, erit ergo imperiū Sa-  
cerdotale: quod Eliacino committebatur. ¶ Cū  
attestatur verbū Dñi, ego viuo, & fui mortuus: &  
habeo clauēs. i. imperiū & gubernationē vitę &  
mortis. ¶ Ergo cū Dñs dat clauēs Petro: dat ca-  
thēdrā docēdi, dat & imperiū gubernādī in Ec-  
clesia. Igitur oēs difficultates definire, ad eū spe-  
ctat: habet. n. cathēdrā, licet ignorātissimus fin-  
gatur. Ita habetur in cap. maiores, de Baptismo. &  
24. q. 1. Cano. quoties. Similiter admittere mini-  
stros in Ecclesiā (à Cardinali, ad accolitū,) ad Pa-  
pā spectat: vt ad Eliacim spectabat admittere in  
tēplū. Itē norma ministerij diuini, altaris, Sacra-  
mētōrū, ad p̄scriptū Papę spectat. vt ad summū  
Ecclesie gubernatorē. ¶ Latissimę sunt hęc cla-

ues, & tā latē patēt, quātū patet Ecclesia. Si. n. Pe-  
tro datur cathēdra, ergo ipse definiet quid sit de  
fide: quid cōtrā, hēresis. definiet, quid sit pecca-  
tū: quid cōtrā, sit iustū. Si itē Petrus habet Eccle-  
siasticū imperiū, eius mādati, (si iusta sint,) pa-  
rēdū erit. Meditatē verō Dñs dixit: Tibi dabo cla-  
ues regni: indicās clauēs esse sup humero nō sub  
pedibus. Nā Christus habet imperiū sup humerū  
suū. Planē q̄ clauibus in suū comodū abutitur, is  
sui, nō Petri vicē gerit. Sicut rex q̄ ppriā, & non  
cōmunē querit vtilitatē, nō rex est, sed tyrānus.  
Rursum nota: nō dicit, tibi dabo clauēs regni ter-  
rarū, sed cœlorum. Quomodo. n. Christus daret,  
(certē quātū ad vsum,) imperiū terrenū Petro,  
quē ipse habere volebat: dixit. n. regnū meū nō  
est de hoc mūdo. Scio Canonistas imperatorem  
terre facere Papā: nixi euidā testimonio Nicolai  
Papę titu. de Rom. Ecclesia c. 1. Sed hanc rem si  
cognoscere vis, vide cap. vnam sanctam, de ma-  
ior. & ob. in extrauagantibus communibus.

**Quinta** promissio est: Quodcunq; ligaue-  
ris, erit ligatum. Et sexta promissio:  
Quod solueris erit solutum. Vbi primum aduer-  
te: ex multis doctoribus Scholasticis, & decretis  
pontificum, idem videri posse clauēs regni, & ius  
soluendi & ligandi. Sed sunt fortassē diuersa. Si-  
quidem Pharisēi habebant clauē sciētie: non  
perinde tamē habuerūt ius soluendi peccata. Et  
Eliacim habuit clauē regni Iuda: non tamen pec-  
cata potuit ligare, aut soluere. Et imperatores re-  
gesq; clauēs habent regni sui, qui nihil de pec-  
catis agunt. Igitur cum hēretici viderent, datam  
Papę cathēdrā docēdi, & ius Ecclesiam gu-  
bernandi: calumniari possent, eū non posse pec-  
cata soluere & ligare, idē Dominus, post clauēs  
regni, ius ligandi tribuit & soluendi: Quod quia  
pendere, vel claudi, videbatur in clauibus, idē  
clauēs dictę sunt. ¶ Huic promissioni Dominicę  
primo obiicitur. Multos Papas ligasse, & absoluis-  
se, quod vt iniuste factum, nō est ratum in cœlis.  
Respondet Panormitanus, in capi. ab excommu-  
nicato, de rescriptis. Et Glosa in capit. presenti, de  
sentent. excommun. lib. 6. Domini verbum intel-  
ligi, clauē nō errante. Sed enim hęc adiectio nō  
habetur ex textu. Ideo dicerem: idē debere di-  
ci de iure ligandi animas, & de formis Sacramen-  
torum: quę sepius non efficiunt gratiam in reci-  
pientibus, nec sortiuntur effectum suum: nō quia  
inefficaces sunt, sed quia materia est in disposita.  
Profectō dictum est: Omnes ad quos peruenit  
aqua ista, salui facti sunt: & item qui crediderit &  
baptizatus fuerit saluus erit. At contra multi ba-  
ptizantur, & gratiam non suscipiunt. Id sanē non  
tribuitur impotentię baptismi, aut confessionis:  
sed iis qui baptizantur. Ita quod ligatur à Petro,  
si materia non fuerit indisposita, ligatum erit.  
Ex se enim Petri absolutio, & ligatio valet: nisi  
valor suus ex materia inuolidetur. Sicut cū Cō-  
fessor absoluit impœnitentem, profectō nisi ma-  
teria obstaret: potestas efficeret. Ita cū excōmu-  
nitate

consecra-  
tio epi,  
a papa,  
Deuter. 22.  
Genes. 22.  
Genes. 24.  
Iob. 41.  
Cantic. 2.  
Luce. 11.  
Isaic. 22.  
Apocal. 1.  
clauēs

clauēs  
sate  
Isaic. 9.  
368  
scis solo  
to. 209.  
Ioan. 13.  
Luce. 12.  
Isaic. 22.  
Marci vlti.

nicat innocētē, pfectō nisi materia obstaret, sententia excommunicaret. ¶ Ex dictis habetur Papā posse excommunicare: ex hoc quod ligare potest. Siquidē Cyprianus epist. 2. tomo. 1. p. ligare, excommunicare intellexit. ¶ Secūdo habetur, Papā in foro animę peccata absolvere & ligare. ita Gelasius Papa, in tomo de vinculo anathematis, confessus est. ¶ Tertiō habetur Papā posse indulgentias, ex Christi thesauro cōcedere. Hac. n. ratiōe ab oī pœna, vel ab eius parte penitēs absolvitur. Quod si absolvitur, absolutus erit. ¶ Quartō habetur Papam posse ligare penitentes, in Sacramento penitentię, ad pœnam pro peccatis debitam. Quicquid recentiores Theologi dicant. Quod enim ligauerit, ligatum erit.

¶ Secunda obiectio est: Si Petrus ligat super terram: quomodo Augustinus excommunicabat defunctum Cecilianū: Rabanus Theodorū mortuum. Sophronius Origenem: Papa Dioscorū, iam vita functos? Id habetur. 24. quęst. 2. capit. vltimo. Ad hoc videri poterat Gelasius respondisse Epist. ad Faustum. Item & Leo Papa, Ecclesiam non posse excommunicare defunctos. Sed veritas est: Nō posse Papam precipere defunctis, ne communicent viuus. Potest tamen precipere viuus, ne pro certo quodā defuncto orent. & hæc est excommunicandi mortuos ratio. Vt habetur 24. quęstio. 2. capit. sanē profertur.

¶ Libet vnū verbum adhibere. Si (vt vetustiores Theologi tradebant) Petrus nunquam absoluisset, sed ostenderet solum absolutos: cur Dominus dixit: quod solueris, erit solutum, & non potius quod ostēderis solutū? Certissima ergo est sententia, Petrum absolvere eū qui vinculis peccatorum ligatus venit: modo dolorem quendā adducat, quam Theologi dicunt attritionē. Et sup hac re, iam opinari non licet: Est enim definita à Concilio Tridentino sub Iulio. 3. Sessio. 3. cap. 4. Vbi habetur, eū qui dolet de peccato, vel propter peccati turpitudinem, vel propter gehēnæ metū, vel propter pœnarū timorē (quē Niniuitæ habuerunt) si volūtate peccādi excludat, & à Sacerdote absoluat, absolutum corā Deo esse.

### Exinde cœpit Iesus.

Cœpit ostendere discipulis, quia oporteret eū pati. Quis vrget te, vt sit pati necesse? Nū malus es, vt passurus sis? Rapuisti ne, vt exoluas? Si sanctus es, nō est necesse pati. Quod si hominū amor passioni te subdit: an nō poterat Pater tuus, hominib⁹ noxā remittere, sine tua passione? Aut certē, si de hominib⁹ sese vlcisci volebat, sumeret ab eis penā vel æternā vel temporalē. Quod si hominū labores, sat nō sunt suę culpę soluendę: sed laborādū tibi est, qd: an nō sat laborasti? Quod si adhuc mori cupis: quid oportet in tā celebri loco, tam solēnidie à tā illustri gente, tā multa pati?

Sanē oportet eū multa pati. Ipse. n. est oēs nos: omniūq; nostrū personā habet. Igitur delicta nostra, sua sunt. Id ipse cognouit cū dice-

bat: Lōge à salute mea verba delictorū meorum. Psalm. 27. Quia Pater in eo posuit iniquitates omnium nostrū. & infrā: Iustificabit ipse iustus, seruos meos multos, & iniquitates eorū ipse portabit. Portabit scilicet vt impleatur illud: proiecisti post tergum tuum iniquitates eorum. In tergum enim Christi proiectæ sunt, vt scapulis suis obumbraret nos. Rectē enim Paulus: Eum qui non noverat peccatū, peccatū fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. i. Christū innocētē, voluit Pater, omniū nostrū peccatis onerare. vt nihil nisi peccatū purū videretur, vt per eius iustitiā, iusti nos efficeremur: iustitiā nostrā, à sua manante. Si igitur oportebat nos pati, vt malos: oportuit etiā Christū pati, vt q; nostrā malitiā sustinebat. ¶ Et pfectō sat erat eius quilibet quātūvis exiguus labor, nedū mors, ad nos redimēdos. Sed videri voluit, plenissimē Patri satisfacere: si eas pœnas solueret, quas totū genus hominum pati debuisset. Tū voluit ea ratione Patrem maximē colere, & ostēdere eū eo cultu esse maximē dignū. Tū etiā voluit nos illa morte, velut funiculis Adā in sui amorē ferē cogere. quis. n. nō amet tātū redēptorē? Adeo friget pectus nostrū: vt nō nisi tāto calore posset accendi. Demū voluit erigere spē nostrā, si iusti essemus ad gloriā: si peccatores ad veniā. adeo debilitat spūalia credimus, vt fides, hæc requirat fulcimēta. ¶ Interim tu cōsidera: Oportere eū pati à senioribus, vbi mūdi residet prudentia. à scribis, vbi residebat scientia, & eruditio Theologica. à principibus, vbi residebat potētia, & autoritas. Vide quid tota mūdi suppellex, possit, conetur, efficiat? Cōtēdere cōtra Deū potest, eūq; occidere. Et vtinā tūc solū occisus esset: nā & quotidie caro cōcupiscit, eū in nobis occidere. Quod si cōtra Christū totus orbis dimicat, an nō ea re ostēditur Deus? orbis pugnat cōtra pauperē, humilē: & nō vincit tñ: imo vincitur. maior igitur orbe est, cōtra quē mūdus adeo nihil potest, iam si contra Christum orbis: si in te est Christus contra te erit orbis: caterua s. Seniorum, doctorū, & potentum. Tu verō interim paruulus sis, & abiectus: ne fugiat à te Christus. Si non fugit: vincet in te, insurgentes contra te.

¶ Quod verō Christus in Hierusalē voluerit mori, indicat: nullum esse locum, vbi ignominiosius Christus pati potuisset, quā Hierosolyma. grandis. n. ille Christi amor, & animus, non nisi summa aggreditur. Voluit enim Christus, quo nemo potest esse maior, offerre illud Patri sacrificium quo nullū potuisset offerri maius. Et voluit illud exemplum orbi proponere: in quo nihil esset nisi summum. ¶ Addit illud verbū. Tertia die resurreget. Hæc enim Dei cōditio est, vt post tempestatem, tranquillum faciat: post labores, requiē tribuat: non solum in vita futura: sed & in pręsenti, tribuit centuplum, & post mortales labores, gloriam resurrectionis concedit.

Et assumens eū Petrus, capit increpare illā. Itaq; nō solū pugna nobis, ab ini

Psalm. 27.  
Isaie. 53.  
Isaie. 53.

Isaie. 38.  
Psalm. 90.  
2. Corin. 5.

Osee. 12.

Galat. 1.

Tobie. 3.

Math. 19.

ostendo absolutū.

W Opina  
t9 est so  
to.



Micheæ.7 ab inimicis imminet: sed etiam à domesticis Et ab his etiam, quos Prælatos Christus fecit. Et ab his quibus benefecisti. *Ioab. n. occidit Abnerem, & Amasam viros amicos.* ¶ Quâ verò graphicè loquitur Petrus. *Propitius sis tibi* An nò hanc vocè dicunt nobis amici? Cur inquit, te occidis, cum tanto rigore viuis? facilius còparabis cælum. dicunt igitur, propitius esto tibi. ¶ Petre vnde nosti, quod tam affirmatè asseueras: *Non erit tibi hoc?* Quis te Prophetam fecit? Quis iudicè còstituit? Christus dicit fore: tu nò fore. Cui credem? Adeò multum noster affectus potest: vt còtra Dei iudicium, suum pronunciet. ¶ At Dominus: *Vade post me Satana.* Docuit igitur còtènere omnè affectum, senectam, amicitiam, Prælationè: eius q̄ in via virtutis offendiculo nobis fuerit. Imo verò diabolus habendus erit ille, qui sicut Petrus Crucè à nobis auertit. Neq; verò Paulus potuit maius probum spūere in quosdã: quã eos inimicos crucis Christi, vocàs. nec se potuit magis laudare: quã dicens, mihi absit gloriari nisi in cruce. ¶ Addit Dominus: *Non sapis quæ Dei sunt.* Quid Domine, an nò Dei sunt diuitiæ & gloria? An nò est apud eum fons vitæ? An nò est in dextra eius longitudo dierum? Cur Petro, nò sapienti crucem dicis: nò sapis quæ Dei sunt? Quid Deo cū cruce? Diabolum iunge cruce, Deum verò cruce quomodo neces? At profectò, Christus cruce affixus, Deus est cruce confixus. Si ergo sapis quæ sunt Dei, sapies quæ sunt Crucis, vbi ille est tantopere fixus. Sanè duo erant viuendi modi: Voluptas & Crux. in voluptatem irruit demon: Crucem Deo vacuã reliquit. Igitur si vis Deum inuenire inuenies in Cruce, dolore, probris, tormētis, mortib⁹. Quia enim in sapiētia, voluptate, diuitiis, honore, non cognouit mundus Deum: placuit Deo p̄ stultitiam Crucis, saluos facere credentes. ¶ Adiūgit item. *Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Vt meritò Iob dicat: quare me posuisti còtrarium tibi? Quis iam non doleat, hominum ingenium, Deo contrarium? Verè Paulus. Prudētia carnis est Deo inimica: legi Dei non est subiecta, neq; n. potest. Vide q̄ estimadus sit hō? Cuius carnalis p̄pensio Deo còtraria est. Quia verò ex hac vnica doctrina, tota p̄debat hominum vita, ideò Christus non contentus eam dixisse Petro, conuocat turbas: vt audiant, & velut è suggestu leges fert: quas seruemus, si seruari volumus. ¶ *Si quis inquit vult venire post me.* qui à doloribus inferni detineri nò possum: qui Deus sum, cuius est vita, & qui est vita, has leges seruet. Prima est.

**Abneget** se. Explicatur à Paulo. Abnegatē pietatē, & secularia desideria. Est igitur abnegare se, facta carnis secundum spūm, mortificare. Est, habere corpus mortuum propter peccatum, viuum ad iustitiam. Quod si nò penetras audi. Vult homo se sui esse ducē, consiliariū, regem, Deum. Adhuc. n. tinnit in auribus nostris illud: Eritis sicut Dij. Igitur te, à te mouere: nò vi

uere ad arbitrium tuum: ad leges tuas: sed Dei: id est abnegare te. Idq; maximè conspicies, cū tui immemor fueris. Cū non dolueris, nec letatus fueris, de tuę voluntatis successu. Sed si doles, est quia sic te dolere vult Deus: sicq; vult gaudere, si gaudes. ¶ Habet hæc abnegatio gradus suos. Summus grad⁹ est, nec opari, nec loqui, nec cogitare, nisi secundum legē Dei. Imus gradus est, nec loqui nec cogitare, nec efficere, q̄ sub mortali phibita sunt. Medius est ad summum contendere. Planè sumus serui: igitur viuendum est ad normas Dñi. & multo id vehementius si filij sumus. & id arbitrator esse qd̄ Dominus dicit: qui non renunciauerit omnibus, non potest esse meus discipulus. Omnibus scilicet quæ sunt contra legem. Lex secunda.

**Tollat** crucem suam. Explicatur supra, per illud: Qui non accipit Crucem suã. & item: qui non baiulat Crucem suã: & sequitur me, non potest esse meus discipulus. Porro non reliquit Christus indefinitum, quando sit baiulada Crux. Nam apud Lucã: iubet eam baiulari quotidianè. Iubemur. n. omni momento potius velle mori, & mori in Cruce, quàm letaliter offendere Dominum. Id enim est, diligere Deum super omnia. Primum ergo te negato: tum omne malum cupe tibi, prius quã mortale crimē admittas. Ita enim Christus cū esset Deus, exinaniuit, & velut negauit se, & omne malū tulit, quo tibi còmodaret. Porro nò à te exigitur: vt Christi Crucem feras, non enim posses, sed vt tuã feras, iuberis. Cuique enim Deus parauit Crucem, labores, tētationes, quas ferre sit potens. Fidelis enim Deus, qui nò permittet tētari supra vires, sed vt humeris Christi Crucem grandè imposuit, ita debilibus nostris debiliores imponet. Tertia lex.

**Sequatur me.** Græcis est Acolutitomu, id est, sectator meus sit & perpetuus vię meę comes. Requiritur ergo à nobis illa familiaritas, confabulatio, & còuersatio: quã eiusdem vię comites, habere solent. Quã quis prestare possit, nisi qui feruenter amet, non video. ò igitur Christiani, quibus semel Christus placuit, contendite in eius amore feruere. quia sine charitatis feruore, quis negare se, quis ferre Crucem, quis p̄petuus Christi poterit esse comes? Profectò ille te ita amat, vt comitem viæ se præstet: congerronem, & adiutorē: an non & tu, eius comes eris? Si vię tuę comes fuerit, omne bonū tibi sociū esse puta. Propterea n. te mala premūt: quia Christo vitę socio cares. At equidè, sicut Iudeos præcessit, in columna nubis, & ignis: ita & multo maximè nobiscum esse cupit: vsq; ad còsummationē seculi. Vniuit. n. se nostrę carni, insignum: qd̄ nos sibi socios perpetuò habere vellet. Si igitur bonum fuit Deo, nostrę carni adherere: & ponere in nobis cor suum: cut nos nò ita contendimus Deo adherere, & in eo cor nostrum ponere? ¶ Num verò Domine has leges tuas, vt consilia proponis, an vt præcepta? Respondet: Qui

Genes. 3.  
Math. 10.  
Luce. 14.  
Luce. 9.  
Deuter. 6  
Philip. 3.  
1. Cor. 10.  
Exod. 13.  
Math. 28.  
Iob. 7.  
Psalm. 72.

**Qui** voluerit animā suam saluam facere, perdet eā. Id est, Peribit qui non negauerit se, q̄ nō tulerit Crucem, qui nō me sectatus fuerit. Quis tamē in suo gradu. Neq̄, n. eque sectari iubetur laicus, vt monachus, vt Prælatus. Est igitur Euāgelium paradoxa. qui se humiliat exaltatur. Qui se negat, cruci affigit, & perdit: is se in cœlū sustollit, is se verè statuit. Planè paradoxa fuit verbū, caro factum. Paradoxa sit, caro se relinquēs, in Deū trāsiens. *Quid enim prodest si vniuersum mundū lucreris & anima tua detrimētus sis?* Quo significatū est: ferè fieri non posse, vniuersum mūdū, sine animē detrimētō lucrari. Qui n. volūt diuites fieri incidūt in laqueū diaboli, & in desideria multa, & nociua. Est. n. cupiditas radix omniū malorū. quā quidā appetētes, errauerūt à fide. Spinē n. sunt diuitiē, quē pūgunt, lacerāt & cruētant animā nostrā. Roga Cēsare Iuliu, Alexandrū illū: qui vniuersum mundum sibi subiugauit, quid ex hoc lucro lucrati sunt? An non & anime, & corporis necē? *Quidquam dabit homo cōmutationem, (post mortem) pro anima sua.* Dum viuīs, peccata elemosynis redimuntur. commutamus lachrymas, cōtritionē, ieiunia: pro anima nostra. Vel certè cōmutamus Sanguinē Christi, pro anima nostrā. Ille siquidē sanguis redēptio nostra est. At post mortē, nō est pretiū. nō commutat. o. iam frater noster non redimit. non redimit Deus homo: ideo nō dabimus ei placationem nostrā: quē sola Christus est sed laborandū erit in æternum: & moriendo, viuendum in finem. Hęc enim vita tempus est negociandi. Post vitam, recipiendum cuique iuxta opera.

**Filius** enim hominis uenturus est, in gloria Patris. Venerat prius filius Dei in abiectioe hominum: ueniet postea filius hominis in gloria Dei. Nota primū ex Igino papa: illud verbū, ueniet. signū enim est diuinitatis. uenit quippe non solū à Patre, sed à se. Secūdō: ueniet in gloria Patris. Pater in sua gloria, oia habet sibi subiecta: ita cum uenerit Christus, habebit sibi cūcta subiecta.

Nunc. n. nō omnia subiecta sunt ei. Tertiō ueniet in gloria Patris, & Angelorum. igitur ueniet stipatus tota curia cœlesti. & id est uenire in gloria Patris, adoratus ab Angelis omnibus. Quartō: *Tunc reddet cuique.* Nūc. n. non reddit: siquidem nunc multę sunt tribulationes iustorum. Contra uerō, impij pacē habēt: & in labore hominū non sunt. Quintō reddet cuiq̄, iuxta opera eius. Etiā pueris reddet, iuxta opa quę gesserunt. Nā pueris non baptizatis reddet iuxta opus, qd̄ in Adā peccauerūt. Baptizatis uerō, iuxta merita Christi, quę in baptismo illis applicata sunt. Sextō nota. *Reddet cuiq̄, premium scilicet essentialē, vel pœnam æternā.* Sanè nūc satisfacere potest vnū membrū, pro alio mēbro. Ideo potest Deus, vni in purgatorio reddere, iuxta opus alterius. Sed post diē iudicij, cessant suffragia: & in diē iudicij premiū, vel pœna essentialis solū datur ex cuiusque meritis. Vt iā Lutherani ora cōcludant. Se-

primō expēde: reddet cuiq̄, Nō dicit, reddet animabus, sed cuiq̄, toti, & integro. Animabus. n. defunctorum statim à morte, secūdum earū opera reddit. Sed animabus cū corpore iunctis, premia & pœnas differet, vsq̄, ad iudiciū. *Lapsus ergo in ea re fuit (vt fertur) Ioānes 22. Quid qd̄ etiam animabus, reddet honorem, aut confusionē, coram toto orbe, in diē iudicij: Quod vsq̄, in eū diē differetur.* Octauō nota: Non dixit reddet iuxta misericordiam suam: sed secundum opera, id est, ex operum condignitate. Dignus quippe eo premio erit, q̄ se negauit, Christi Crucē tulit, Christi que perpetuus comes fuit. Nonō intellige: quāta sit infinitas Sapientię & iustitię Christi: q̄ cūcta cūctorū mortaliū opera, tā in parato, & procinctu cognoscat: tāq̄, omniū valorē nouerit & pretiū. Quis nisi Deus id posset, vel nosse, vel taxare? Adeò. n. iuste taxabit, vt nec impij de taxatione cōqueri possint. Quare o Christiani, quos terribilis ille dies manet: in quorū facultate est, vel premium, vel pœnā comparare, quid negligitis? quid cessatis? Currite vt cōprehendatis. Vigilate, vt vos iudex vigilantes inueniat. oleū in uasis sumite, ne vacui reiciamini.

## CAPVT. XVII.

Et post dies sex assumpsit.



**ÆC** TRANSFIGURATIO aptari potest futuro regno Christi. Et item presenti. Agā de sensu priore.

**Assumpsit** *tres discipulos in montem excelsum.* id est, in cœlū. quod tam excelsum est: vt

animus horreat, iuspiciens intercapedinē à terra ad lunam: inde ad stellatum cœlū: inde ad Em-pyreum: vbi est beatorum locus. Mons ille mons pinguis est: mons, in quo beneplacitū est Domino habitare in eo. In quo habitabit in finē. Mons decem millibus multiplex. Imo tot millibus frequens, quot dignum est tam nobilem, & spaciosum locum, habere. ne terra illa uiuentium sine habitatore redigatur in solitudinem. Ascendit in hunc montem Christus iuxta Lucā: vt oraret, id est, interpellaret pro nobis. videlicet Pōtifex, qui non in manu facta sancta intromit, exemplaria uerborum: sed in ipsum cœlum: vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Sanè Pōtifex Iudęus quotānis introibat in sancta sanctorum, id est, in exemplaria uerorū. cum sanguine quē offerret pro peccatis: vt vultum Dei placaret. At Christus intromit semel in sancta: æterna redemptione inuenta, vt oraret, & aduocatus esset pro nobis: nō semel, sed semper. Nota tā excelsa esse dona Dei: vt necesse sit, Christū orare: vt nobis illa donentur. Et licet Christus iam mortuus fuerit. & Patrē placauerit: tot tamen sunt peccata nostra, vt ferè impedimen-

Luce. 18.

Ioānis. 1.

1. Timo. 6.

Luce. 8.

Daniel. 4.

1. petri 1.  
Psalm. 48.

Luce. 19.

Epist. 1.  
Decret.

2. Corin. 1.

Psalm. 33.

Psalm. 72.

Roma 5.

Math. 10.

1. Cori. 9.  
Luce. 12.

Psalm. 67

Luce. 9.

Hebrę 9.

Leuit. 16

impedimento sint, ne flumen gratiarum, per Christum comparatū, ad nos peruenire possit. ¶ In montem adduxit Dominus tres. Nec enim vult solus in suo esse cœlo. Volo, inquit, Pater: vbi sum ego, sit & minister meus. Et itē: Ego dispono vobis: sicut disposuit mihi Pater meus, regnum. Siquidem sine inuidia cōmunicat bona sua, & eorum honestatem non abscondit. Tanta est charitas eius, qui totus charitas est.

¶ Quod autem tres secum in cœlum abducat, significatur status Christianitatis. Siquidē iuxta August. in tres classes diuiditur Ecclesia. s. in Rectores: qui sunt clerici. Qui significantur per illos laborantes in agro: ex quibus vnus assumetur: & vnus relinquetur. Et in plebes. s. coniugatos: qui significantur per molentes in molendino. Et in cœlibes, id est, continentes, significatos per eos qui sunt in lecto. Hos significabant

Noe, Daniel, Iob. Noe siquidem regit arcam per aquas, vt Clerus. Iob in laboribus, vt coniugati. Daniel vir desideriorum, vt cœlibes. Quid verò

clarius potuit significari per Petrum, Iacobum, & Ioānem: quā hi tres Christianorum status? Petrus cum suis, regit Ecclesiam. Iacobus in lucta est, & labore. Ioānes delicatus, in lecto est peccatoris Domini. Igitur assumens Dominus hos tres Apostolos, significabat se assumpturum in cœlum illos tres status.

¶ Rursum, Petrus representat Patrem mundi rectorem. Iacobus, Filium in labore cum demone luctantem. Ioānes, Spiritum sanctum, pacis & quietis autorem. Assumit ergo Dominus eos Christianos qui representant Patrem (quando se regunt) & Filium, (quando sunt in laboribus plurimis) & Spiritū sanctum, (quando charitatis dona conseruant.) Dignus planē qui assumatur in cœlum, is qui Trinitatem representat in terra. ¶ Porro mysterium est quod assumantur seorsim. Dū enim viuimus, corpus quod corrumpitur, mille miseras animę cōmunicat. Mūdos mille labores subire facit, demō mille excitat pugnas. At qui assumuntur in cœlum, a malis omnibus liberi, & ab eis facti seorsim, assumuntur.

¶ Assumuntur verò, & non ipsi eunt. Quia tota naturę potentia huc pertingere non potest: vt homo ascendat in cœlum. Nemo ascendit in cœlum, nisi quem Deus (qui est aquila grandis) expansis alis assumpserit, & portauerit in humeris suis: & nisi agnus fuerit quem pastor super humeros suos in cœlum portauerit. Textus.

**Resplenduit** *facies eius vt sol.* Interim quōd Christus vultui Dei assistit in cœlo pro nobis, (id est, dum in monte orat,) faciem habet fulgentem, vt sol. Ita enim facies Christi fulget in loco illo, vbi fons est luminis: sicut sol fulget in loco isto tenebrarum. Aduertis ne quantus erit splendor ille Christi? Qui lucentes stellarum in cœlo globos, ita obscurat: sicut sol nobis obtenebrat stellas. Vt enim infinita est diuinitas Christi, ita infinita est gratia ani-

mę suę. Quare, & ferē infinita erit lux vultus ei⁹. Iam igitur intelligis, quare nullus sol erit in illo cœlesti monte necessarius, vbi. s. adeo Christus refulget. ¶ Iā sicut Deus dicitur amictus lumine sicut vestimento: ita Christus amictus est niueo candore: ideo dicitur, vestimenta habere albertia, vt nix. Videlicet ne credas immensam vim luminis in facie fulgentem, Christum cremare, non cremat: siquidem niuis candor ibi potest consistere. Rursum, sicut nulli rei adeo natiuē adest candor, vt niui: ita nec niui ita adest, vt carni Christi.

**Et ecce** *apparuerunt illis Moses & Elias.* Veniet Elias, in fine mundi conuersurus omnes nationes ad Christum. Venit Moses ferē in initio mūdi conuertēs Iudeos ad Deū, vt August. docet. 20. de ciui. c. 29. Igitur Princeps Iudeorum, cum gente quam Deo quęsiuit: & Princeps conuertendorum cum gente fideli, non erunt a Christi gloria alieni. Sed quia ambo Christo militarunt, ambo in eius gloria videntur. ¶ Magnum verò mysterium est: quōd Moses, & Elias loquuntur, de Christi morte. Nemo enim poterit in gloria esse, nisi de Christi morte loquutus. In fide enim saltem implicita sanguinis Christi oēs seruantur: qui cœlo fruuntur. Id enim erat quōd omnis oblatio sanguine mūdabatur, quia sine sanguinis effusione nō fit remissio. Ideo Gregorius dixit: Qui præcedebant & qui sequebantur oēs clamabāt osanna. Omnes enim ante, & post Christum, per fidē in eum, in Ierusalē cum Christo, conscendant. ¶ Iam Petrus; Christianorū vice dicit:

**Bonum** *est nos hic esse.* O verē quā bonum esse in cœlo? Ego inquit ostendam tibi omne bonū: quā bonū ergo esse vbi ostenditur omne bonū: vbi torrente voluptatis anima potatur. Vbi licet bibere de fonte vitę: & in lumine Dei, eius lumen videre. Vbi ipsa Dei essentia est species, & imago sui. Vbi Deus est merces magna nimis. Vbi est magna multitudo dulcedinis abscondita, his qui timent Deū. Vbi est thesaurus infinitus seruatus hominibus. Vbi omnia bona venient cum illo vnico bono.

¶ Quā bonum est nos, Hic, esse: o hic, In cornu filio olei. Vbi absterget Deus omnē lachrymā: Vbi mors vltra nō erit. Vbi nec luctus, neq. clamor in plateis. Vbi facit Dominus conuiuium pinguium, vindemię, medullatorum, vindemię defecate. Vbi præcipitat Dominus faciem vinculi colligati super omnes populos. Hic, est domus Dei, templum Dei, gaudiū Dei, Deus ipse. ¶ Nec vacat mysterio illud, esse. Nos hic esse: nō fuisse, non fore, sed esse. Quia iuxta Platonem, non propriē tribuitur Deo, quod fuit, vel erit: sed qui est: esse enim eternitatis est: ita & beatis eternitatis esse tribuitur.

¶ Addit Petrus. *Faciamus siue figamus hic tria tabernacula.* Quia nullum bonum plenum esse potest: nisi fixum sit, & stabile. Ideo Petrus curat de

Apocal. 21  
Psalm. 103

Hebrę. 9.

Math. 21.

Exod. 33.

Psalm. 35.

Eodem.

Genesis. 15.

Psalm. 30.

Sapient. 7.

Ibidem.

Isaię. 5.

Psalm. 143.

Isaię. 15.

Isaię. 25.

Math. 25.

Exodi. 33.

Ioann. 12.

Lucc. 22.

Sapient. 7.

1. Ioan. 4.

In Psal. 36.

& Psal. 99.

Mathęi. 24.

Eodem.

Ezechi. 14.

Dn iel. 9.

Ioannis. 13.

2. Corin. 11.

Ioannis. 3.

Deuter. 32.

Lucc. 15.

D. Thom.

3. pro.

**Luce. 16.** rat de tabernaculorum stabilitate. Iam mansiones cœlestes dicuntur eterna tabernacula: vt illud. Facite vobis amicos, de mamonâ iniquitatis: qui vos recipiât in eterna tabernacula. Querit ergo stabilitatem tabernaculorum Petrus. Querit etiam eorum ordinem, vt quiuis mansionem agnoscat suam. Est enim pax tranquillitas ordinis. Cum igitur in domo Patris, mansiones multę sint: optat Petrus cuiuis pro dignitate, suam. Tum, maximè Petrus curat, & optat omnes admitti in regnum: siue Iudęos, siue gentiles. Ideo dicit, tibi cum Christianis vnum. Most cum Iudæis vnum. Elię cum gentibus, per eum conuertendis, vnum.

**Adhuc** loquente Petro, nubes lucida eos ambit, & qua vox Patris auditur. Nubes significat maiestatem & gloriam Patris: qua ambiuntur in cœlo sancti: luce. s. inaccessibili. Vt circumdati se videant pelago dulcedinis, infinitate lucis, Dei Patris maiestate. In qua gloria, nihil aliud auditur, nisi, Hic est filius meus. Cuius meritis gloria est Patri comparata: gloria hominibus cōmunicata: Cuius causa Deus habet homines filios: cuius causa filij habent Deum patrem. Iubet ergo Pater omnes sanctos in ea gloria, filium intendere. Non solum, vt Deus est, sed etiam vt homo. Videntur ergo mihi hac Patris voce, omnes sancti in Christum intenti, vt redemptorem, ducem, pastorem. **Apocal. 4.** Tunc cadunt sancti in facies suas. Vbi indicatur summa ad Christū sanctorū reuerentia, summus Christi fulgor, omnium oculos perstringēs. & indicatur, qui sint ipsi sancti: agnoscunt enim se, ex peccato ad tantam gloriam subleuatos: ideo volunt abscondere quod ipsi sunt: vt in eis solum fulgeat quod Dei est. Neq; possent sancti illum Christi splendorem sustinere, nisi tangeret eos I E S V S. Igitur, vt qui in magna luce versatur, dum tegit oculos, indicat & lucis magnitudinem, & oculorum imbecillitatem: ita illi sancti cadentes in faciem, indicant infinitam ferè lucē, in Christo: & infinitam in se, ex se, insufficientiā ad eam ferendam. **Quod** verò præcipit Dominus, ne eam visionem sancti dicant: Indicat sanctos (quæ est eorum charitas) ad nos descēsurus, vt de suæ gloriæ magnitudine admoneant: nisi à Christo, quia id non expedit, vetarētur. Quia si Deo, de sua gloria nō credimus: neq; si aliquis à mortuis resurgat, credemus.

**Luce. 16.** **SECUNDA** explicatio quę se offert, est de Ecclesia Christi. Nemo nescit eam esse montem excelsum. Mōs, super terrena eleuat<sup>9</sup>. Excelsus, quia ordinis est Diuini. Cum audis Ecclesiam, vitam Christianam intellige. Quę non ex sanguinibus est, aut ex volūtate carnis, sed ex Deo. Neque caro & sanguis eam instituerunt sed Pater, Montem excelsum eam esse iam vides.

**Ioannis. 1.** **Math. 16.** Assumuntur in hanc vitam Petrus, Iacobus, & Ioannes, id est, credentes per fidem, luctantes per spem, diligētes per charitatem. Petrus enim

iustificatur, ex viua fide. Iacobus luctatur, ex eternorum spe. Ioannes diligit, ex ardenti charitate. ¶ Venit in huius montis cacumen Christus: vt oret. Nemo enim ante Christum ita orauit: nec ita Deum sua oratione placauit. Nemo ita orare docuerat: nemo vim & robur præbuerat orationi. Igitur veniēs Christus oraturus in vitam Christianam, & spiritualem: docuit munus vitę Christianę esse orare. Oportet enim semper orare. Docuit præterea, per orationē veniendum esse, in transfigurationem, id est, in participationem seculi venturi. Docuit per orationem veniri in familiare colloquium cū Deo, & cum sanctis eterne beatitudinis. Et demum per orationem venire præsidium languentibus discipulis. ¶ Orante verò Christo apparent Moses & Elias: ille mansuetissimus: hic zelantissimus. Vt scias per orationē humiliare te ipsum: & legem Domini zelari. Oratio est, quę feritatem animę mansuetam reddit: & eiusdem mansuetudinem in Dei zelum ferocire facit. Et ita in Christo maximè relucet mansuetudo ipso dicente, discite à me quia mitis sum. Sed in eodem est zelus. Zelus enim domus Dei comedit eum. ¶ Secundum Lucam euigilant de somno discipuli. Quia licet vita Christiana omnibus habentibus fidem, communis sit. Non tamen contingit Christum videre fulgentem, nisi ijs qui ex peccato, & tepiditate, ad vigilem & sarrectam vitam traducuntur. At vita, aut in peccato, aut in torpore, non vita: sed vel mors, vel somnus dicenda est. Ita enim Paulus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. ¶ Vigilantibus itaq; splendet Christi facies, vt sol. Et albet vestes: vt nix. Non clam est, faciē Christi, quam Moses videre cupiebat, esse eius diuinitatem: sicut vestimenta sunt sacra verba, & opera: quę in hac vita peregit. Dicitur. n. in Apoca. Byssinum esse iustificationes sanctorū, id est, vestis byssina sanctorum, est bona opera eorum. Igitur sanctis vigilantibus diuinitas Christi splendet vt sol. Splendet quidem: quia illustriorem de ipsa notitiam assequuntur, quàm cœteri non vigilantes. At quia notitia illa non est omnino clara, ideo non dicit faciē Christi esse solem, sed fulsisse sicut solem. Vestimenta Christi, eius. s. opera, & verba: his qui in vita Christiana vigilant, adeò albet: vt nihil in eis sordidū, erroris, doli, aut peccati inueniant: imò nihil non diuinum & cœleste suspiciant. Nostra opera vt pānus mēstruatę rubescunt. Sanguine enim manus nostrę sunt pollutę: sanguis siquidem ex peccatorum nostrorum vulnere manās animam nostram sordidat & cruentat. At in Christo omnia sunt sicut nix. Sanè in sua passioe veste coccinea indutus est: quia sanguines nostros, id est, peccata nostra ipse portauit. Sed tantus est eius niueus candor: vt coccinum nostrum, in albam lanam reddiderit. Ideo confidenter dicit: quis ex vobis arguet me de peccato?

1. Ioan. 3.  
Luce. 18.  
Math. 11.  
Psalm. 68.  
Ephes. 5.  
Exod. 34.  
Apocal. 19.  
Isaic. 64.  
Isaic. 1.  
Math. 27.  
Isaic. 53.  
Isaic. 1.  
Ioannis. 8.

Marci. 14. cato? & licet testes accessissent subornati, peccati notam ei inurere, nequiverunt, & Pilatus non inuenit in eo causam: & Herodes alba cum veste remittit. Rectè igitur vigilantibus apparent sicut nix: quæ liuidis hostium oculis, tenebrosa videri non potuerunt. Fidelis igitur Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in operibus suis. Ideo ait: Si quis voluerit cognoscere de verbis meis, an ex Deo sint & fulgeant, faciat voluntatem Patris mei. Tunc Petrus.

**Bonum** est nos hinc esse. Clament igitur Prædicatores, quibus vigilare datum est. Bonum est in hac vita vigili esse: nulla alia vita lumen, dulcedinem, quietemque præstare potest, nisi hæc. Nulla enim vita testimonium perhibet quod filij Dei sumus. In hac vita est fulgor, & notitia Dei. In hac est candor omnium virtutum, adeo bonum est nos hinc esse, vt si gloria comparanda non esset, hæc vita cœlestis (vt sufficiens premium) amplectenda esset.

O si Prædicatores fulsisset in hac vita Christus, vt clamaret omnibus: venite faciamus hic, tria tabernacula: vbi Christus cum mansuetudine Mosaica & Eliaco zelo habitare possit. Neque enim sine his Christus habitare alicubi vult. Sed quia parum est homines admonere: vt tabernacula construant: ideo ad Dominum clamare debuissent. Vt sicut Moses habuit tabernaculum inter Iudæos, & Elias habiturus est inter infideles: ita & Christus tabernaculum sibi construere velit inter omnes. Faciamus tria tabernacula, id est, faciamus vt sint tria. Vnum fuit Mosi: alterum erit Eliæ. Sit ergo potissimum tibi. Lucas addidit, Petrum hæc dixisse nescientem quid diceret: videlicet, quia adhuc fides eius obscura est. Adhuc per fidem ambulamus, non per speciem, adhuc non videmus faciem ad faciem, sed per speculum in enigmate. Igitur nondum plenè scimus quæ dicimus. Alioqui, nihil aliud diceremus quàm, educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo.

At vero, qui in vita spiritali vigilantes, Christum splendentem videre meruerunt: hi nonnūquam nube obumbratur lucida, id est, fauore quodam & præsidio cœlesti: Quo se Dei cura, & dilectione protectos ferè sentiunt. In qua protectione nihil aliud audiunt: quàm, Hic est filius meus. O mortales, quid vagi & errantes singuli singula habetis idola? cur queritis vanitatem, & diligitis mendacium? Cur respicitis in vanitates & insanias falsas? Hic est vester Deus. Hic est quem Pater vobis demonstrat: quem tota Philosophorum schola monstrare voluit, nec potuit. Hic est ille quem tot figuris & vmbri innuebat lex illa vetusta. Hic est quem totus mūdus enarrat. Ipsum ergo audite, secundumque, eius regulas & præcepta versamini. Siquidem non est aliud nomen datum sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri. Igitur sicubi animum Prædicatores pulsauit de Christiana professione du-

bietas, contigeritque, hanc nubem, fauoremque Dei in animo sentire: ilico omnis fugatur dubitatio. Stat firmus, hunc esse credens Filium Dei dilectum. Et quia vox Patris dicentis, ipsum audite, operatoria est & efficax: ideo in prædicatores Christum iam (illustrius quàm solebat) agnoscentis pectore, efficit quandam ad Christum reuerentiam: & ad eius præcepta obedientiam: quam ipse sentire, non adeo facile exprimere potest. Efficit vox illa, vt verba Christi melius intelligantur, auidius audiatur, efficacius compleantur. Efficit, vt magis nos pudeat peccatorum, & negligentia nostræ: magisque terreat rigor, & iustitia Dei. Et ideo addit textus, Apostolos timuisse: & velut pudibundos, cecidisse in facies suas. Tunc ipse Christus tactu suo languentes roborat: vt enim emortuus Abraham iuxta naturam, nouam secundum Deum, accipiat potentiam, ad gignendum Isaac: ita Christus suos excitat: vt mortui secundum carnem, viuant secundum Deum. Vt iam non in carne, sed in nouitate vitæ procedant. Iubentur tamen qui hunc Christi tactum, Patris vocem, eiusque nubem senserunt: ne ista dicant. Sacramentum enim regis celare bonum est. Et Ezechias punitur, quia thesauros suos Babilonijs demonstrauit. Et demum, sancta sanctorum voluit Deus esse velata. Ideoque Zacharias viso angelo obmutescit: ne visa mysteria publico donet.

## Et cum venisset ad turbas.

IN hac hystoria tractatur curatio mirabilis, difficillimi morbi, id est, eius morbi, qui in vita Christiana maximus est. Quale est peccatum iam vetustum. Nulla planè difficilior curatio, quàm eius, qui ab infantia seculo seruiuit, & demoni. De hac enim veteri infirmitate dicit Ierem. 30. re. insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, curationum vtilitas non est tibi. Et item: quomodo potest Æthiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas? quomodo vos potestis esse boni, cum sitis mali? Et item: dixerunt desperauimus: post cogitationes nostras ibimus. Et item: pactum fecimus cum morte, &c. Igitur Christo proponitur desperatus homo, & dimissus iuxta desideria cordis sui. Quam sit huius infirmi curatio difficilis indicatur: quia discipuli eum curare nequiverunt. Et quia adductus coram Christo discerptus est, & elisus: & relictus, vt mortuus. Et quia oratione, & ieiunio tantum dicitur hæc plaga curabilis, quod nunquam de alio morbo dictum inuenitur. Aggrediar nunc textum, si prius admoncam parentes: quæ cura & diligentia, inuigilare pro salute filiorum, debeant: videntes huius lunatici patrem, ita coram Christo genibus prouolui, præcatorias manus extendere, lachrymis suffundi. Quod si hæc præstant patres car-

nis, quid deberent prestare patres spiritus?  
 ¶ Huius patris filius erat lunaticus, insaniam  
 in dissectionibus lunę patiens. Itaq; hominis sen-  
 sus, & iudicium pendebat ex luna. Morbus hic  
 dicitur comitialis & caducus, cadere faciens  
 nunc in ignem, nunc in aquam.

*temp.*  
 Genes. 1. ¶ 1. Iam nunc audi. Fecit Deus duo luminaria  
 magna, alterum vt preesset diei, in quo filij lu-  
 cis ambularent: in quo exiret homo ad opus  
 suum, & ad operationem suam vsque ad ves-  
 peram. Alterum vt preesset nocti: in qua per-  
 transirent omnes bestię sylvę: qui enim ebrij  
 sunt & dormiunt, nocte id patiuntur. Lumina-  
 re maius sequuntur Christiani: nobis enim nox  
 precessit, & dies appropinquavit: ideo vt filij  
 lucis ambulemus. Lunam sequebantur Iudei:  
 Cantico. 2. vt qui ambulabant in vmbra, donec aspiraret  
 dies. Sectabantur enim temporalia bona: quę  
 sunt vmbra cęlestium. At Christiani sectan-  
 tes spiritualia bona, lunam non spectant: ideo  
 lunatici non sunt: solares enim sunt: quibus. f.  
 Mathei. 16. facies Christi fulsit vt sol. Qui verò Christia-  
 nus, relicto suo instituto, bona sectatur tem-  
 poralia: quiq; ab infantia nihil nisi temporale  
 sapit, is verè, lunaticus ab infantia est. Porrò  
 quia sapientia carnis Deo est inimica (legi enim  
 Dei non est subiecta, neq; enim potest) fit ne-  
 cessario: vt demoniaca sit. Igitur qui lunati-  
 cus ab infantia est, demoniacus etiam ab infan-  
 tia est. Ideo enim Paulus precepit abnegare  
 impietatem, & secularia desideria. Et Ioannes,  
 nolite diligere mundum: quia qui diligit mun-  
 dum, Dei inimicus constituitur. Videbis hos,  
 prudentes adeò: vt mundum regere videri pos-  
 sint. Sed interius specta, lunaticos inuenies: qui  
 super re nihili, velut stulti, certant, odiunt, vin-  
 dicantur: & mille alia. Legi apud Galenum li. 3.  
 de diebus decretorijs: nutibus lunę seculum hoc  
 inferius maximè regi. Quòd in estibus maris,  
 & in crisi bus infirmorum facilè probatur. Dux  
 igitur seculi luna: regiturq; eius lumine lunati-  
 ci, vt reguntur temporales sua carnali prudē-  
 tia: non Christi, qui sol est. ¶ 2. Quā verò ca-  
 dant hi in ignes, & aquas: mōstrant mercato-  
 res, conijcientes se in æstatis, & hyemis iniurias:  
 & curiales mergentes se in mille pericula. Quid  
 bellatores? demum hi omnes, nunc amant,  
 nūc odiunt, nunc merguntur in summos dolo-  
 res: nunc in summas voluptates: nullibi scien-  
 tes tenere modum. Contrā iusti, seu solares ho-  
 mines, non cadunt in aquas dolorum, nec in  
 ignem voluptatum: sed sumunt ex eis quantū  
 est sumere necesse. ¶ 3. Hos lunaticos demò al-  
 lidit, id est, ossa confringit. Iam hīc vides dif-  
 ferentiam iusti, & iniusti: Iustus cum ceciderit,  
 non colliditur. Dominus enim supponit ma-  
 num suam, ne confringatur. Custodit enim  
 Dominus omnia ossa eorum: vnum ex eis non  
 conteretur. Caro poterit cruentari, sed ossa  
 seruantur. Ideo enim latronibus cum Christo

crucifixis ossa defracta sunt. At Christo, os nō  
 cōminuetis ex eo. Iniustis ergo cadentibus, os-  
 sa confringuntur, iuxta maledictionem Iob:  
 brachium cum ossibus confringatur. Igitur  
 diutina peccandi consuetudo rationem fran-  
 git, & habitus virtutum (qui sunt ossa) cōmi-  
 nuit. Cum igitur videris peccatorem, omni  
 verecundia, & pudore destitutum: & sine vir-  
 tutis amissę dolore in vicia ruentem: intellige  
 totum eum esse carnem, & nihil ossium, id est,  
 virtutū habere. ¶ 4. Allisus lunaticus spumas  
 ex ore respergit: quo nihil homini, vel fœdius,  
 vel deformius contingere potest. Cum videli-  
 cet, mali homines publicè, deformissima, & im-  
 pudensissima dicunt, & faciunt: tunc spumāt.  
 Traditi enim sunt in reprobum sensum: vt fa-  
 ciant quę non conueniunt, id est, vt faciant de-  
 decorosa & pudenda. Contra iusti parant bo-  
 na, & honesta: coram Deo, & hominibus. Ne-  
 mini dantes vllam offensionem, ne vituperetur  
 ministerium nostrum. Iusti enim sicubi labū-  
 tur, velut in occulto, egerunt stercora sua. At  
 iniusti publicè, vt Cinici. ¶ 5. Hic lunaticus are-  
 scit. Ficus illa, folia tantum habens, à Christo  
 maledicta, à radicibus aruit. Et palmes foras  
 eiectus arefcit: videlicet destitutus à succo: qui  
 à radice dimanat. Id fit, cum Christus (radix  
 in terra sitienti) auxilia tribuit peccatori, sed  
 debilia & infirma: quorum debilitate incipit sui,  
 cœli, Dei, & iusti, obliuisci: tunc arefcere inci-  
 pit, nam in inferno arefcit omnino.

¶ 6. Cæcus est hic lunaticus & surdus: vt qui ver-  
 ba Dei non audit, cum non sit ex Deo. & qui  
 lumen Dei non videat, cum Tobia, & si videt:  
 radios malignioris lucis, id est, Lunę, & prudē-  
 tię suę videt: non Christi. ¶ Iam lector vides  
 morbum desperatum: vides hominem, iacen-  
 tem in grabato ab annis. 8. O quā essent ad-  
 monendi parentes: vt filios suos docerent, in  
 his quę Dei sunt, ab infantia esse. Bonum enim  
 erit viro si portauerit iugum Domini, ab infan-  
 tia sua. Rectè sapiens precepit pueris: vt mit-  
 tant pedes, in compedes prudentię, & collū in  
 torquem eius. Alioqui si ab infantia lunaticus  
 homo est, Prędicatorum (nisi magnam fidem,  
 ieiunium & orationem habentium) ministerio  
 non sanatur: Soliq; Christo eius curatio serua-  
 tur. Sed ideò speranda eius curatio est, si modo  
 eius pater genu flectat, clamet, fleat,  
 ¶ Interim de horum prędicatorum incredulita-  
 te, quorum ieiuna virtute, lunaticus sanari nō  
 potuit, grauissimè Dominus conqueritur, di-  
 cens: generatio praua, quousque patiar vos?  
 quia videt prędicatorum culpa, morbos nō sa-  
 nari: & quia: cum maiori fide cōueniret eos prę-  
 ditos esse, quā vulgus: vulgarem tamen fidem  
 nō excederēt. Inquit igitur, quousque mihi tam  
 vulgaris fides? laboravi sustinens.

¶ Aduerte eum qui laborare nescit, quiq; totius  
 mundi molem sustinet: imò qui orbem tribus  
 digitis

Iob. 31.

Roma. 7.

Roma. 12.

2. Cori. 8.

Marci. 11.

Ioanis. 15.

Isaic. 53.

Ioannis. 9.

Tobię. 5.

Ioannis. 8.

Trenor. 3.

Ecclesi. 6.

Isaic. 10.

digitis sustinet: laborare se dicit, & pati nō posse prædicatorum tepiditatem: quōd si discipulos illos suos, annis vix tribus sustinet, viros alioqui bonos, & simplices: quomodo nos sustinebit tam iniquos, tamq; annis multis? Sed ne nomen Domini traducatur, ipse subiungit.

**Afferte** lunaticum ad me. Spes vitæ ex tempestate, clarescit: si Dominus nos ad se vocarit. Vide quid Petro profuerit à Domino respici? Quid virgini, cum respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ? Quid Abeli, cū respexit ad eum Dominus, & ad munera eius? Quid demum humilibus, cum orationem eorū respexit Deus? Vitam dat & calorem: solis aspectus: & oculus hari impinguat equum, & hortum suum stercoreat. Afferte igitur illum ad me. Duo vult: & quōd alij afferant, & quōd ipse veniat. Propterea pauci sani, quia pauci afferunt: Adferre ad me quia non est in alio aliquo salus. Adferre tenebras, languorem, mortem, infernum, ad me, id est, fontem omnium bonorum. Allatus lunaticus coram Christo eliditur: & velut mortuus redditur. Vbi significatur, ea concertatio & pugna, morti simillima: quæ tunc inter carnem & spiritum committitur: cum hominem Deus conuertere vult. Describitur eleganter hæc pugna, cum dicitur. Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Et apud Isaiam: Ingredietur scissuras petrarum, & cauernas saxorum: a facie formidinis Domini. Quia cum vultu terribili increpat nostra peccata: cum aspexit (inquit Abacuc) dissoluit gentes, & contriti sunt montes sæculi: id est, vitia ab adolescentia firmata, sicut montes firmati à sæculo. Tunc confunditur superbia nostra: tunc eliditur animus, tunc timet, nec est foramen in quod abscondi non cupiat, à facie formidinis Domini. Cadit igitur lunaticus vt mortuus præ timore: vt cum Paulus coram Domino proponitur, ex equo velut mortuus disijcitur. Vt etiam August de se refert. 9. li. Confess. Quid enim faciet miser lunaticus, quem inferni minæ, aspectus iudicis, & vox eius terribilis terrent. Luna, quam eatenus sequutus fuerat, prouocat ne se deserat. Vicia ne antiquos comites despiciat. In hoc conflictu nō nūquam solet lunaticus suam antiquam velle miseriam: idq; spumare est. Sed redit statim ad se, dolens crimina vitæ prioris: hinc conteritur: cuius contritionis ea est vis: vt lunaticum ferè mortuū reddat. Verè cōteritur, cōmāuiturq; hominis animus. Verè Deus tūc mortificat, & in puluerem deducit: vt viuificet. Sed attende verbum Domini. Ego præcipio tibi ne iterum in eum introeas. Igitur nemo sanatur: nisi in quo propositum iterum non peccandi: nec admittendi amplius demonium, inuenitur. Gratia enim Domini adeo est efficax, vt (si velit hō) possit in perpetuum demoni resistere, intrare cupienti. Illo enim verbo, præcipio tibi, ne introeas ite-

rum, abstulit Dominus diabolo vim rursus intrandi, nisi ab infirmo introducatur. Abstulit igitur à demone vim cogendi: non abstulit ab infirmo vim recipiendi. Ergo homo qui à peccato sanatur, recipit gratiam, ne peccet, neue supra vires à demone tentetur. ¶ Iam quōd turba credat lunaticum mortuum, significat eā admirationem: quā populus admiratur hominem: qui in malis consenuerat, ad vitæ melioris spem reuocari. Vix. n. credūt hūc esse, qui viuebat oli.

**Tunc** accesserunt discipuli, rogantes, quare nos non potuimus. Vbi docentur prædicatores, cum aliquid dedecoris acceperunt, ad Christū in orationis secretō, recurrere: dicentes. Quare dereliquisti me? Respondet Dominus, propter incredulitatem. Quid? nū apostoli hereseos insimulatur, vt increduli? Quid? nū habitus fidei minui potest? Id enim constanter negant Theologi. D. Hieronymus, in dialogo contra Luciferianos: fidem accipit pro simplicitate: & deuotione: quæ planè minui potest. Sed capiendo fidem, vt cōmuniter solet, ea minui nequit. Porro vt miracula edat, non requiritur, vt formata charitate sit. Trāsferre enim montes, fides sine charitate potest: ipso Paulo doctore. Requirit ergo, vt arbitror, sibi gratiam sanctorum adiungi, aut operationem virtutum. Quæ sunt dona adiecta fidei: ideo per fidem fieri miracula dicuntur. Sed hæc explicent qui habēt. Ego enim arbitror hos miraculorum factores, antequam illa faciant, concipere de Domino, certam persuasionem, Deum per eorum ministerium illa facturum. Quam persuasionem non habere, fortasse hic vocatur incredulitas. Porro peccata non nunquā obstat, quo minus hæc habeatur persuasio. Si enim habueritis fidem ita seruentem & sursum ascendentem vt granum synapis, dicentis monti huic, &c. Mirabilem Dei bonitatem, quam sine inuidia etiam suæ potentia dona, vilibus vermibus cōmunicat: Dominus dixit, & facta sunt: concedit creaturæ, vt dicat, & faciat. Certè quia homo tunc instrumentum fit diuinitatis: sicut humanitas Christi erat instrumentum diuinarum operationum. Doctore enim Gregorio, & D. Thoma, sancti ex potestate miracula faciunt. Sicut Iosue dicit soli: sta, & stetit, & Petrus claudo, surge, & surrexit. Ergo vt nihil est Deo impossibile: ita & nihil est impossibile credenti: vtpote Dei ministro. Dices: Num ergo si credam me montes aureos facturum, aut totum subacturum orbem, fiet? minimè. Dicit enim textus: nihil impossibile erit vobis, vobis. s. spiritu fidei adflatis. Sicut illud: quicquid orantes petitis: ex spiritu orationis Christianæ: credite, & fiet vobis.

**Hoc autem** genus demoniorum in nullo exit, nisi in ieiunio & oratione. Quæ verba cum ad solos discipulos dicta sint, eū sensum habere videntur. Hoc genus demoniorū, non eiicietis nisi ieiunantes, & orantes. Videli-

Luce. 22.

Luce. 1.

Genes. 4.

Psal. 107.

Act. 4.

Psal. 17.

Isaie. 2.

Abacuc. 3.

Act. 9.

Reg. 2.

Marci. 15.

1. Corin. 13.

1. Corin. 12.

Psal. 148.

Iosue. 10.

Act. 4.

Luce. 1.

Marci. 15.

cet, quia genus morbi vetusti, & callo obducti, difficillimè curatur. Vt enim eo morbi genere languens, totus est demonis: ita qui morbum curaturus est, totus sit Dei. Quòd vix nisi ieiunio fit & oratione. Porrò conuersantibus discipulis in Galilea iam tertio memoriam refricat de sua passione. Quia regnaturus est pati necesse.

### Et cum venisset Caphar.

**L**ectorem præcatum cupio, ante expèdat hæc nostra, quàm dānet. Cæsaris nomine, mundū: cui imperat Cæsar, intelligo. Vt enim Christus suam Ecclesiam: ita Cæsar suum imperium representat. Imò si Petrus pro Ecclesia sumitur sæpe: quid miraris, si Cæsar sumatur pro mundo. Imò forsā, cum psalmus dicit: astiterunt reges terræ. Ibi reges, pro mundo intelligas. Alioqui tempore passionis, non astiterunt reges contra Christum. Nam quæstio eximia proponitur Petro. An Christus mundo pendat tributa? Profectò mundus à nobis omnibus tributa exposcit: lachrymas, labores, languores, & demum vitam, Quia enim in mundo habitamus, quasi in domo conducta, locationis à nobis pretium requirit: non alio, quàm vita contentus. Ideo cum exire iubemur de mundo, vitam mūdo relinquimus. Igitur Petre num magister tuus vitam, laboresq̄, suos, mundo pendebit? At Petrus, etiam non pendebit: dixerat enim Petrus Christo mortem suam prædicenti: Absit à te, non ita erit. Petri ergo sententia est: Christum non soluturum mundo vitæ suæ pretium, id est, non moriturum. Sed ò Petre, nisi moriatur Magister tuus, scandalum mundo dabit. Cuius lex est, vt omnes moriantur, qui in mortali vixerunt mundo. Est enim statutum omnibus semel mori. Et quis Petre mortis vulnus firmus expectasset, nisi Christi morientis exemplum vidisset? Ideo Dominus Petro respondet, se soluere mundo velle: prius professus se nihil illi debere. Certè filius Dei est, cui mundus totus se debet: ille verò mundo nihil. At quia in forma serui in mundum venit, ne mundo scandalum præbeat, vt seruus tributum mundo soluit. Sed non soluit, nisi quòd Petrus ex ore piscis detraxerit. Memineris lector, Ionam incidisse in vētrem piscis: & inde ad vitam rediisse. Ita decidit Christus in mortem, sepulchrum, & infernum. Hic enim est piscis qui Christum deuorauit: sed detinere in suo ventre nequiuit. Euomuit enim ex ore suo Christum mors & infernus. Inde verò extraxit Petrus, id est, extractum ostendit. Primus enim qui Christi resurrectionem ex morte monstrauit, fuit Petrus. Intrauit enim Petrus sepulchrum Christum quærens: quasi aperiens os piscis: vt inde staterem extraheret. Petrus item pro concione, primus Christum à morte reuocatum, prædicat: eūq̄, mundo soluit, in Christi gloriam, & Petri, (id est Ecclesiæ) vtilitatem. Soluit mundo: quia vi-

tam Christi per manus Petri, id est, Ecclesiæ mundus accipit. Soluit verò pro Christo, id est, exaltatione Christi: & pro se, id est, pro omnibus Christianis. ¶ 1. Relinquo tuæ disquisitioni, cur vita Christi sit didrachma? quòd aliquāto apertius est. Erat enim vita eius, simul diuina & humana. 2. Rursum illud: Cur Christus non nisi per manus Petri soluit? & quidem, quia non vult mundo vitam suam tribuere, nisi per sacerdotales manus. 3. Et illud ipsum didrachma offerētibz prodesse sacerdotibus: prodest enim tum ad spiritualem, tum ad temporalem comoditatem. 4. Tandem, vita Christi offertur pro Christo, ipse enim morte sua, suam meruit exaltationem. ¶ Offert se mihi, huius historię altera explicatio. Exactoris nomine, cui tributum homines pendūt, diabolus intelligitur. De Christo enim dicitur: quòd sceptrum huius exactoris, & virgā humeri eius superauerit: sicut in die Madiam. Hic ergo Cæsar & princeps mundi est, cui homines peccata pendunt. Adeò enim peccator est diabolus, vt nullum ab hominibus tributū nisi peccatorum velit. Nam Petrus interrogatur: & loco Petri omnes nos interrogamur: an Christus peccati tributum demoni soluerit? id est, an peccatum fecerit? Petrus respondet: peccatum non fecit, neq̄, dolus est in ore eius inuentus: nullum ergo tributum dæmoni pēdet. Id Dominus confirmat, dicens se esse filium regis. Sanè omnes creaturę aliquid de non esse, & de nihilo habēt. & ideo corrumpi & mori possunt: & homo secundum animam peccare. Solus Deus est: qui cum nihil, de nihilo habeat: nihil etiam habet de defectu, aut de peccato. Ideo ipse confidenter dicere potest: quis ex vobis arguet me de peccato. Siquidem eius diuinitas erat impeccabilis. Porrò in humanitate, tota plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter: Iccirco impossibile est eum peccare. Quare & impossibile est, ipsum diabolo censum peccati pendere. Vnde ipse dicit, venit princeps mundi huius, & in me nō habet quicquā, id est, nihil illi peccati debeo. ¶ At verò licet peccati censum ipse non debeat: si tamen non soluerit, ve miseris nobis. Si tributum nō soluerit, nec Pater sua promissa verificat: nec prophetarum vaticinia complētur: nec Patriarcharum votis fit satis: nec totius humanitatis necessitati succurritur. Meritò igitur Dominus dicit: Ne scandalum hominibus sim, soluere volo. Imò si non solueris Domine: nō tua, sed nostra peccata, cœli manebunt conclusi: angelorum ruinę desolatę: tui labores sine mercede: tuus Pater sine decore, nostra miseria sine remedio. eris igitur scādalum cœlis, angelis, Deo, & mundo. ¶ Soluere igitur vult Dominus, sed efficaciter non soluit: nisi peccata à Petro in ore piscis inuenta. Piscis à Petro, extractus ab aquis, est ecclesia fidelium. Licet enim fideles multi sint: vna tamen fides, vnumq̄, cor, vnum eos piscem constituit, Pisces verò dicuntur fideles, quia

Psal. 2.

Math. 16.

Hebr. 9.

Philip. 3.

Ione. 3.

1. Limbū.

Act. 10. 2.

Ioan. 20.

Isa. 9.

Ioan. 12.

1. Petri. 2.

Ioan. 8.

Colos. 2.

Ioan. 14.

Act. 6.



## CAPVT. XVIII.

In illa hora accesserunt ad eum.



ES CIO, VNDE

ambitionis pestis in mundum irrepsit. Hec in paradiso nostros parietes perdidit: in celo angelos decepit, in regno celorum Apostolos contaminauit. Apostolos videlicet, pau-

peres, rudes, piscatores: & hi etiam maiores in regno Dei esse volunt. Adam vult esse sicut Deus. Lucifer sedem in aquilone figere desiderat: nemo est, qui non ambiat esse sicut Deus: adeo creature coniurarunt, adeoque hanc rapinam, arbitrantur, ut Deus esse velint. Christus igitur videns superbiam esse occasionem, initium, & fomitem omnis peccati: respondet. Primum in genere, mox in speciali quid facturi sint, qui dominatum desiderant. Dicit ergo.

**Nisi** conuersi efficiamini sicut paruuli. Statim se profert admiratio cur non dixit: nisi conuersi diligatis, aut penitentiam agatis? Primum, cum nemo sit qui non peccet: qui verè & perfectè de peccato dolet, quiq; perfectè peccatum suum agnoscit, hic adeo se deiecit: ut nullus adeo paruulus sit. Age igitur. Primum quod in vita Christiana agitur est, quod manus Domini tangat peccatorem. Tunc illuminatur, & se peccatose cognoscit: se seruum esse peccati, se captiuum esse diaboli. se damnatum in infernum, se lesisse maiestatem: se celo, terra, & omni beneficio indignum: se omnium creaturarum odio dignum. Vides ne humilem: qui omnibus se bonis indignum videat? Rectè ergo Dominus, nisi conuersi a peccato, efficiamini ut paruuli.

Adde & illud: ut est fides ficta: ita est & charitas ficta. Paulus enim admonet, finem præcepti esse charitatem, de corde puro, conscientia bona, fide non ficta: est igitur fides ficta. Rursum est charitas ficta, eodem Paulo teste qui dicit: exhibeamus nos metipso, sicut Dei ministros, in multa patientia: & infra, in charitate non ficta. Vult igitur Dominus explicare, quado fides & charitas erunt non fictæ. Quod tunc fiet, cum nos velut paruulos effecerint. Igitur meritissimè dixit: nisi conuersi, sitis sicut paruuli. Ac si diceret, nisi conuersi habeatis fidem, & charitatem non fictam. ¶ 1. Nunc aduerte lector. Hoc loco, voluit Christus instituere eum: qui in Ecclesia præesse velit. Prima verò institutio est. Ut conuersus efficiatur, ut paruulus. Quasi diceret: Regula prima a prælato seruanda est, ut fidem & dilectionem habeat non fictam: sed quia paruulus sit. Hec enim veritas firma stat. Qui est in peccato mortali, iure diuino est inhabilis Ecclesiasticæ prælacioni. Licet si prælatus sit, suo malo sit. Ut rectè

q iij Caietanus

quia ex aquis huius mundi abducti, Christo in obsonium præparantur: ut supra exposuimus. Porro peccata, quæ Petrus in piscis ore reperijt, ea sunt: quæ Christiani, oris sui apertione, confitentur. Et hæc sunt quæ Christus soluit. At licet ore tuo peccata fatearis, nisi Petrus, id est, sacerdos ea a te extrahat, illa non soluit. Demum soluit ea peccata Christus, quæ Petrus extraxit pro se & pro Petro. Pro se, quia ex sua nimia charitate nostra peccata, sua esse dicebat: ut in Psalmo. 21. longe à salute mea, verba delictorum meorum. Pro Petro verò, id est, pro Ecclesia, quia peccata nostra ipse protulit in corpore suo. ¶ Igitur Christiane sacerdos, cum videris peccatorem qui ad te sua confessurus peccata humilis accedit, intellige: te piscem ab aquis extrahere, eius ora laxare, eius peccata recipere, quæ Christus Deo soluat, in gloriam suam, & meritum tuum. ¶ Duo mihi hic sunt adnotanda.

Primum est: Posse reges, tributum sub pena peccati mortalis à suis subditis exigere. Possuntq; etiam de regis licentia, reliqui populi duces. Dixi de regis licentia, quia solus Papa, concilium, Imperator, Rex, aut libera ciuitas ius habent exigendi tributa: Ut habetur, cap. super quibusdam, de verb. significationibus. Quod Duces aut Marchiones tributa exigant, id licebit tunc fieri: quum eam acceperunt à rege facultatem, quam rex ipse possidebat. Dixi, posse reges exigere tributa, sub pena culpe mortalis. Quia Apostolus dicit: Necessitati subditi estote: non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. ministri. n. Dei sunt, in hoc ipsum seruietes. Reddite ergo omnibus debita. Et hoc loco, solos eos visus est Dominus à vectigalibus exemisse, qui Regum essent filij. ¶ Sed rogas num possint Reges à clericis vectigalia petere? Respondet tibi Papa, in cap. quanquã, de censibus, lib. sexto. Ecclesias & Ecclesiasticas personas, ipsarumq; res, non solo humano, sed & diuino iure, à secularium personarum exactionibus immunes. Quod si requiris vbi nam sit ius hoc diuinum. Respondet eiusdem cap. Glosator, ius illud inde manare: quod Ioseph omnem Ægyptum Pharaoni subiecit: excepta terra sacerdotum. Et ex illo, quod Esdras liberos facit sacerdotes. Volunt tamen Canonum leges, tributa à clericis negotiatoribus extorqueri: in his maximè rebus, quas ipsi negociandi causa comportant. Ut cap. vlti. de vita & honestate clericorum, sancitur.

¶ Ex hoc Christi ad Petrum mandato, habetur ni fallor, licitum esse clericis piscari. Dicitur enim Petro, ut piscem piscetur. ¶ Videtur etiã colligi: maris opes, eius esse qui primus eas inuenit. Sicut Petri fuit stater in ore piscis inuentus. Quod Cæsar agnouit Instituit. de rerum diuisione. 9. item lapilli.

¶ Sicut Petri fuit stater in ore piscis inuentus. Quod Cæsar agnouit Instituit. de rerum diuisione. 9. item lapilli.

¶ Sicut Petri fuit stater in ore piscis inuentus. Quod Cæsar agnouit Instituit. de rerum diuisione. 9. item lapilli.

Ioan. vlti.

Rom. 13.

tributa

sicut solo de iust.

Roma. 13.

Solo de iust.

Genes. 47.

1. Edre. 7.

Solo de iust.

Genesis. 3. Isaac. 14.

Philip. 3.

Sapient. 10.

Concili. Tridenti. sub Pau. 3. scs. 6. c. 5. 6

1. Timo. 1.

2. Corin. 9.

Præf.

Caeteranus admonuit. 1. 2. q. 185, ar. 2. ¶ 2. Huic veritati alteram Dominus subiūgit. Qui humiliauerit se (inquit) sicut paruulus, hic maior esse potest in Ecclesia Dei. In priore veritate dixerat, nisi conuerſi (.s. à Deo) efficiamini, (etiā à Deo) sicut paruuli, non estis habiles praelationi. Nunc in posteriore, opus nostrum requirit: ideo addit: Postquā Deus vos conuerterit, & per veram fidem, & charitatē veram, paruulos effecerit, necesse est: vt quiuis vestrum humiliet se, sub potenti manu Dei. Illa prior humiliatio requiritur vt in gratia sitis: hęc posterior, vt in praelatione. Vis ergo maior esse, en tibi via. Cōuertere ad Dñm, & humilia te in omnibus: memor Dñi, qui cū in forma Dei esset, exinanijuit se. Et memor Petri: qui ante pontificatum fleuit amare: & memor Pauli: ex equo in terrā prostrati: vt pręminere posset. Profectō pręesse, donum Dei est. Vt ad Roma. 12. & ad Ephe. 4. docet Apostolus. Hoc igitur donum praelationis secundū Deum, Deus dat humili, ei. s. qui paruulus est effectus. Ars artium est regimen animarum: hęc artem non habet, nisi humilis: & tremēs sermones Dei, id est, plenē non habet: nisi is in quo efficaciter quiescit Deus. Moses non audebat regere Iudeos carnales: nisi prius intraret tabernaculum Dei: vbi audiret, quę doceret. Quid ego audeo regere Christianos spirituales, nō excipiēs à Deo quod populo tradam?

3. Qui suscepit paruulum in nomine meo: me suscipit. Hęc tertia Pręlati regula est: videlicet Pręlatus ea sit in Christū charitate, reuerentia, teneritudine: vt pauperē subditū cum viderit, Christū se videre putet: & cum pauperē suscepit, Christum suscepisse videatur. Vbi Christi sapientiam aduertē. Quā te precor, potuisset meliore ratione pręlatos admonere, quā hisce verbis iam dictis: quasi diceret: Si mihi beneficia libenter daretis: his date, & mihi dedistis. Et si de pręmio cogitatis, ego qui beneficia recipi, ego persoluam. Et nota vim vocabuli: qui suscepit. Quod in. s. litteris est beneficio, & amore suscipere. Vt ibi: Salus tua Deus suscepit me: & item. Suscepit Israel puerum suum, &c. Quā verō cautē dixit: qui suscepit in nomine meo. Profectō pręlati nostri, facile suscipiunt multos: in quos suas prodigant opes: sed suscipiunt consanguineos, scurras, famulos: non hos recipiunt in nomine, amore & affectu Christi. Sed nomine terreno, ideo à terra mercedē accipient.

4. Qui autem scandalizauerit vnum ex his, &c. Mirari hęc nō desino Christi prudentiam. Nouerat quā facilē, qui Pręlati sunt, vitia admittāt grauiora. Nouerat maiorū vitam minoribus exēplo esse. Nouerat, minores, in maiores oculos habere coniectos: & quicquid peccēt, maiorū exemplo excusare. Ideo dicit: Qui pusillū scandalizauerit, cōuenit: vt suspēsa ad eius collū, asinaria mola, mergatur in profundū. Vbi multa mihi notāda se offerūt. ¶ Primū illud: Sancti

pontifices, qui verbo & exēplo homines ad Deū adduxerūt: habebūt in cœlo aureolā, vel laureā. Quę erit intus in corde specialis quędā letitia: & exterius in corpore signū triumphī & pfectio- nis. Contra, mali pontifices, qui pusillos verbo, vel exēplo scandalizauerūt, habebūt pressurā, & angustiam in corde: & signū fortē quoddā exterius in corpore: quo erubescāt & confundantur. Hoc significauit Dñs cū dicit: Expedi, vel iustū est, vt qui scandalizarit pusillos, molā collo habeat appensam. Vt intelligas, idē tormentū malū pontificē habiturū in inferno: quod habet is qui collo molā habet ligatam. Tu nūc cogita, quantū sit doloris, & angustię molā super pectus habere: eamq; angustiam malū pontificē habiturū existima. ¶ Itā sponsa in canticis à sponsō ad monetur his verbis: Pone me, vt signaculū super cor tuū, & super brachiū tuū. Videlicet, vt nunquā à sponsę corde, & opere, sponsi memoria discederet: Ita malus pręlatus iubetur, collo molam habere ligatā: vt nunquā eius doloris anxietas ab eius memoria diuellatur. Sed potius id cogatur cogitare, abhorrere, dolere. ¶ Solēt etiā nobiles viri torques habere collo cōnexas: in nobilitatis insigne. Erit igitur torq; mali pōtificis, asinaria mola, in sui pudoris, & confusionis documentū. ¶ Itaq; sicut qui suspecti sunt heresis, probroso notātur habitu, (quē sam benito vocant) ita & mali pontificis probrosum habitū in inferno sunt habituri. s. asinariam molā. En tibi pōtifex quę tua est tiara, qui anulus, qui baculus. ¶ Quā verō quadrāter asinaria mola dicitur, tormentum illud & desperatio, quā est malus pōtifex habiturus? Sanē quia cū pręlatus malus, esset in honore, nō intellexit: ideo iumēto, & asino similis factus est. A sinus. s. nulli alio, quā verberibus idoneus: asinus nulli vsui habilis, quā importabili molę ferēda. Ille, Doctoris locū iniquē inuasit, ideo asini molā patitur. Vide rerū vicissitudinē: Doctor asinus factus, Samsō ad Philisteorum molā coactus. Quod verō additur, vt ligata ad collū mola, mergatur in profundū maris: facile intelliges, si in memoriā reuoces: sanctos pōtifices super oia bona Dei constituēdos. Amen (inquit) super omnia bona sua cōstituet eū. Ita malus pontifex, infra omnia mala demergitur, demergitur ergo in profundū maris, id est, in profundum malorū. O miseram mali pōtificis sortem: cui sat non est mola tam graui, grauisimē premi: sed vltra, in profundum malorum miserimē torqueri. Quis igitur in regno Ecclesię maior esse cupiat?

Vx mundo à scandalis. Arbitror verbum hoc, ex intimo pectore Dominum hausisse, Sciebat. n. plus mala exēpla maiorū valere, ad corrupendū populū: quā valuerint sacra verba, sacra Christi & sanctorū exēpla ad eū cōseruādū. ō vę, plus potest diabolus his armis, q̄ possint sanctissimi viri. ō quantū corrumpit Ieroboā, quātum Arius, quātū Lutherus, breui hi tēpore diruerūt, quę

1. Petri. 5.

Eccli. 3.

Philip. 3.  
Luce. 22.

Actor. 9.

Exodi. 33.

Psalm. 68.

Luce. 1.

Soto. 4.  
fo. 2.

Cantico. 8

Psalm. 48

Iudic. 16

Mathe. 24

Math. 7. quæ tã logo antea tẽpote sancti edificarũt. õ q̃ ve  
 re Christus clamat: attẽdite à falsis pphetis. Dicit  
 in Poetica Aristoteles. hõ est animal imitans: sed  
 nõquã ita imitatur, quã cũ ei imago pponitur, au  
 toritate fulgẽs superioris. Vẽ igitur mũdo à scã  
 dalis. i. prauis exẽplis Prẽlatorũ. Necesse siquidẽ  
 est, vt veniãt scãdala. Necesse est videlicet, si Dñs  
 cõmunẽ naturẽ cursum seruare voluerit: si arbi  
 trij nostri libertatẽ nõ frẽnat: si eligẽdorũ, & eli  
 gẽtiũ ad Prẽlationes, ambitionẽ nõ amputat. Ne  
 cesse est igitur scãdala venire. Tãta est mũdi in  
 quo sumus corruptio. tãta est rationis quẽ nos re  
 git cẽcitas, tanta est vicariorũ Christi obliuio &  
 fõcordia. Sed vẽ homini Prẽlato per quẽ scãdalũ  
 venit, vt. n. Paulo & Augustino & aliis doctõrib⁹  
 cõtinua crescit in cœlo gloria, ex his q̃ per eorum  
 scripta pficiũt: ita & Mahumeto, Luthero, Ario,  
 cõtinua crescit in inferno pœna, ex his q̃ p eorũ  
 exẽpla puertũtur. Quo circa Christiani gregis pa  
 stores: si p naturẽ imbecillitate peccãdũ vobis  
 vsquã erit, peccate: sed occultẽ. Irascimini, sed in  
 cubilibus vestris. Egessit Saul ster cora sua, sed in  
 specu. Peccauit Adã, sed latuit. Inebriat⁹ est Loth,  
 sed in spelũca. Nudatus est Noẽ, sed in taberna  
 culo suo. Ne igitur vobis sit frõs meretricis, vt no  
 litis erubescere. Mortuũ Lazarũ sub lapide sepe  
 lite, ne fẽteat. Quod si fœtor vester, ad cœlũ ascẽ  
 derit, expectate eũ ignẽ, & sulphureã pluuiã: quã  
 Sodomei p meritis pãsi sunt. ¶ Sed si (vt vsu ve  
 nire videmus,) miser Prẽlatus scãdalo est gregi  
 suo, admonet Dñs gregẽ: vt etiã si Prẽlatus sit no  
 bis vice pedis, manus, & oculi, eũ abiciamus. So  
 lēt. n. diuites Prẽlati opibus Ecclesiẽ manus esse,  
 & pedes, his quos ad peccãdũ pert: ahere cõcu  
 piscũt. ¶ Interim his verbis Dñs Prẽlatũ officij  
 sui admonet, vt oculus, manus, pesq̃, suo sit gre  
 gi. Id quod de se testatus est Iob dicens. Ocu  
 lus fui cœco, pes claudõ.

**5. Videte** ne cõtẽnatis vnũ ex his: Angeli. n. eorũ in cœlis, semper vidẽt faciẽ Patris.

Hęc est quinta admonitio, quã Prẽlati opib⁹ ful  
 gẽtes, autoritate maiotes, admonetur attẽtẽ. ne  
 paruulos cõtẽnãt. Rationẽ addit Dñs. quia pusil  
 li custodiũtur ab Angelis. q̃ sunt in cœlis, qui quẽ  
 vidẽt faciẽ Patris. Vbi singula expẽde. Angeli  
 sunt nostri custodes. Quo verò Angeli sunt: tota  
 natura corporalifunt superiores: toto sunt mũdo  
 maiores. Si. n. nõ est potestas sup terrã, quẽ dia  
 bolo cõparetur: qd arbitraris de ãgelorũ potesta  
 te: Vide quãtus sit Angelus. ipse est q̃ cœlestem  
 machinã sufficit p secula rotare. ¶ Addit Dñs hos  
 Angelos esse in cœlis. Vt si summã dignitas est  
 Angelũ esse, ex sua natura: maior cõcilietur ex lo  
 co, vbi sunt. quãto. n. cœlũ q̃ terra dignius est, tã  
 to dignior est, q̃ habitat in cœlo, quã oẽs princi  
 pesterra. Nec. n. immeritõ: maior est, q̃ minor est  
 in regno cœlorũ, q̃ q̃ maior est inter natos mulie  
 rũ. quid. n. tã pulchrũ in terra est, qd vni stellẽ cœ  
 li cõparari queat? ¶ Addit tertio: semp vidẽt faciẽ  
 Patris. Vbi scito: tãtã esse dignitatẽ faciẽm Patris  
 videre: vt si formica eã videret, (si posset) multo

esset maior: q̃ oẽs Angeli, si eã nõ videret. Nulla  
 est vel in terra, vel in cœlo dignitas, quẽ huic æ  
 quari possit. õ igitur Prẽlati: videte ne cõtẽnatis  
 eos, quos summã dignitatis, ex natura, ex cœlo,  
 ex gloria, custodes seruant, & fouet. Si vos auro  
 fulgetis & opibus, multo splẽdidiores paruuli ha  
 bẽt Episcopos, & Prẽlatos, non prẽlatos modo,  
 sed custodes, pedagogos, & ministros.

Quod si tãtorũ custodũ fulgor nõ perstringit  
 oculos vestros: vt pẽsi apud vos habeãtur vestri  
 subiecti: terreat vos certẽ, qd fili⁹ hominis. i. qui  
 totus dicat⁹ est hominũ obsequiis, venit vestros  
 seruare subiectos: Reliquit hic Filius hominis,  
 suas, o. oues in deserto: vt hãc ouẽ vobis cõmis  
 sam, ppria negligẽtia pditã, restitueret. Labora  
 uit quẽrẽs, sudauit, ieiunauit, tandem morte sua,  
 vitam ouĩ tribuere voluit.

¶ Gaudet quẽ plus super oue restaurata, quam su  
 per nonagintanouẽm ouibus. i. super nouẽ cho  
 ris Angelorũ, q̃ nõ peccauerũt. Certẽ si ouis per  
 dita est natura humana, q̃ filius Dei reparauit: qd  
 nõ videt, magis Deum sup ea, q̃ super omnibus  
 Angelis gaudere? Siquidẽ ex ea est Christus ca  
 put omniũ Angelorũ. & ex ea est virgo, exaltata  
 super choros Angelorũ: & ex ea sunt Apostoli,  
 si nõ maiores omnibus Angelis: certẽ non multo  
 minores. Rursum, quia fideles sunt membra cor  
 poris Christi, & sunt velut quidã Christus, magis  
 gaudet Deus super eis, quatenus in eis conspici  
 tur Christus: q̃ super Angelis. si solũ in eis sua no  
 bilis natura spectetur. Video Angelos habere gra  
 tiã, & gloriã: sed hãc gratiã & gloriã à Christo re  
 cipiunt: qui est hominũ caput & Angelorũ. At  
 ppter homines, Christus hõ est. Gaudet igitur  
 Pater super homine, q̃ origo fuit & ratio, cur fue  
 rit Deus hõ. Iã si lætabitur Dñs in operibus suis,  
 magis lætabitur in maiore opere suo. Maximum  
 verò Dei opus fuit hõ redẽptus. Siquidẽ verbo  
 cõdidit Angelos: sed nõ nisi suo sanguine repa  
 rauit homines. Nũ sup humeros suos Pastor tulit  
 Angelos: Nũ confedere eos fecit in cœlestibus?  
 Nũ honorabile est nomẽ angelorũ corã illo? Er  
 go sciat Christianus, iis se oculis à Deo conspici,  
 quibus ab eo cõspicitur Christus. & ideõ Pater su  
 sciipiẽs, pdigũ filiũ, ruit in eius amplexus & oscu  
 la. eũ vestit stolla prima vitulũ saginatũ occidit.  
 quẽ seniori filio nõ fecerat. Demũ magis gaudet  
 Christus in homine q̃ in Angelis, quia in homi  
 ne potentiam Sapiẽtiam, patientiam, & cunctas  
 opes suas Christus monstrauit, & copiosẽ effu  
 dit, quas non ita manifestãrat in Angelis.

¶ Cur igitur cõtẽmnat Prẽlatus terrenus, quem  
 ita amaui, & honorauit Prẽlatus eternus? ¶ Sed  
 profectõ suo exemplo, Christus docuit Prẽlatos  
 nostros, quomodo suas oues pascere debeat. Pri  
 mum, si quẽ etrauerit ouis, aliis relictis eã que  
 rat. suas interim deserat voluptates, arripiat la  
 borẽ & iter: vt errantem in caulas reducat. ¶ Iam  
 apertum est, quã suas oues habere debeat in nu  
 merato: vt errantem statim norit. Ideo enim Do  
 minus dicit: Bonus pastor proprias oues vocat

q̃ v nomina

Ad Heb. 1.

Luce. 15.

Coloss. 1.

Psal. 103.

Luce. 15.

Ephe. 2.

Psal. 74.

Luce. 15.

Ioãnis. 10.

Procl

ouis perdit

quo oues  
 Pascenda

nominatim. quasi dicat, eas oēs de nomine cognoscit. Quo infertur vni Pastori non infinitas oues esse committendas: vt paucarū citius possit inire rationem. ¶ Tertiō dicit Dominus *Si contingat ouem perditam inuenire*: quia aliquando continget non inuenire. Neq; enim Christo cōtingit Iudam inuenire. Neq; ipse Iudas voluit inueniri. Nō igitur animum despondeat pastor, sicubi penitus amiserit ouē. requiritur pastor diligēs quærendo: nō requiritur fœli x inueniēdo. ¶ Quartō: Si cōtingerit ouē inuenire, pl<sup>9</sup> gaudeat Prælat<sup>9</sup> oue reperta: quam super ouibus non amissis. Reperta enim est fructus manū, orationū, & lachrymarum prælati: reliquæ nō item. ¶ Quod verō addit: Sic non est volūtas Patris, vt pereat vnus ex his. docet, quis sit scopus Prælati: scilicet ne pereat vnus ex sibi commissis: propter quē Deus homo factus est: Cui se dedit in socium, cibum, pretium, præmiū. ¶ Grauiſſima se hīc offerebat difficultas, quomodo Pater neminē vult perire: cū dictum sit, cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Et item: volens Deus ostēdere irā, & notā facere potentia suam, sustinuit in multa patiētia, vasa iræ aptata interitū. Igitur vult perire aliquē: vt in eo suam irā, & potētia ostēdat. quomodo ergo dicit: Neminē vult perire? Scio quātū chartarū in hac quæſtione insumant Theologi. Sed primū facile dictū esset: sic debere intelligi, Deū neminē velle perire: sicut Deū velle oēs saluos facere: & ad agnitionē veritatis venire. id est: Deus cōtulit oīa sacramēta, doctrinā, auxilia, & reliqua necessaria: vt quiuis saluus esse possit, si velit. Secundō & profundius dicēdū est: Deū neminē velle perire: id est Deū neminē velle peccare. Peccatū. n. est vera perditio animę nostrę. & hoc est, qd̄ Deus nō vult. Dicente Dauid: mane astabo tibi, & videbo: quia nō Deus volēs iniquitatē tu es. Dicente etiā Ecclesiastico: Neminē mādaui impiē agere, & nemini dedit spaciū peccādi. Nō. n. cōcupiscit multitudinē filiorū infidelīū & inutilīū. Porro, quia infernus est connexus morti peccati: est. n. mors secūda, primā cōprehēdēs: ideo nec in infernum perire aliquē vellet Deus. Tertiō: & tenerius dicēdū erit. Dei primā volūtātē & institutionē nō esse: vt quispiā moriatur & pereat. Sapiētia teste, q̄ dicit: Deus mortē nō fecit. nec letatur in p̄ditione viuorū. Impij autē manib<sup>9</sup> & verbis accersierūt illā. Nō est igitur piissimi Domini volūtas, vt quispiā moriatur. sed si quis moritur & peccat, cogit Deum: vt præter suum institutum puniat, eū qui non nisi infernum voluit. Vindicta enim est opus alienum, & peregrinum à Deo.

### Si autem peccauerit in te.

GRAUE nimis videtur præceptū de correctione fraterna. Sed equidē, q̄ diligit Deū & pximū (vt par est), id vt facile estimabit. Qui. n. verē Deū diligit, eius gloriā & regnū extēdi desiderat, quo circa, si frater in peccatū lapsus est: totis viribus ē tā profundo pelago extrahere cōtēdet. Vt

sic regnū minuat diaboli: regnū augeat Dei. Vt sic auferat Satanę sedē, & inueniat locū Dño, & tabernaculū de Iacob. Iā si fratrē verē diligit, eū à peccato. i. à veneno, peste, gladio, & morte liberare non cessabit. Igitur vires præcepti de fratris correctione in Dei proximū: amore figuntur. Quod si iubemur cibū, potū, velle pximo indigēti porrigere: quāto potius iubebimur eū à peccato (si possumus) liberare? Liberādo. n. à peccatis, planē vestimus, cibamus, medemur, & oīa indigēti præstamus. Certē si charitas nō querit quæ sua sunt: facilē oblita sui, cōmoda pximi queret. Demū Christus Dei Sapiētia, hoc præcipiēs, non potuit nō cordatissimē precipere. In cuius signū ipse Iesus, & offensus, venit nos correcturus. Imo verō quotidie nos in nostrę cōsciētię secreto, nostri admonet peccati. Quod si nō corrigimur, p̄mittit secretā culpā in lucē p̄ferri: velut afferens testes: vt nos corrigat. Tū ad iudiciū cōfessionis & ecclesię p̄trahit. o. vtinā ita pertractos, & incorrectos non relinquat, vt ethnicos. Non relinquet tamen pro sua beneficentia. Sed ad textum.

**1. Si peccauerit in te.** Videtur mihi sensus esse. Si peccauerit cōtra te. ita cōprobat ex Petri interrogatione. Sic enim p̄cūctatus est. Quoties peccabit in me frater id est, cōtra me. Cui respondetur. Si peccauerit in te frater. i. cōtra te. Cōprobat etia, ex parabola quā in hac rē adduxit Dñs. dixerat. n. Si peccauerit contra te frater, corripe. tum Petrus, quoties peccāti cōtra me dimittā? Et respōdetur ei. Sēper. Nā rex seruo, q̄ cōtra regē peccauerat remisit. Vides oīa quadrare illi sensui? Et quia seruus peccauit cōtra regē, nō ei soluēdo: fit vt peccare cōtra fratrē sit, aut eū dāno afficere: aut debitū nō reddere. Ita. n. cōseruus peccabat in cōseruū. ¶ Secundō loco quæro: quid sit fratrē corripere? Nū est ei dimittere debitū: & cōdonare iniuriā? Minimē id quidē. Nō id præcipit Dñs. Siquidē iure naturę repeterē sua quiuis potest: & sepe, debet. Nemo. n. cogitur, cui nō vult facere bñficiū. 10. q. 2. Can. precariē. Igitur offensus, licet odiū ex animo debeat relegare, potest tñ satisfactionē iniurię repescere. etiā corā iudice. Meritō igitur Dñs nō dixit si peccauerit in te frater, cōdona debitū: sed tātū corripe, reprehēde, cura vt à peccato exeat. lucrū animę eius cōtēde. & p̄fectō rex nō dixit ini quo seruo: nōne oportuit te cōdonasse: sed te misereri. & Paulus dicit: Reddite omnibus debita. Demū sicut Iudex corripit reū p̄na: & pater filiū verberare: ita & offensus offensore satisfactionē. ¶ Tertiō quæro: De quo peccato hīc mentio est? Respōdetur: de eo esse mētionē, quo q̄ peccauit perit: vt q̄ eū cripiat, fratrē lucretur. Nō est igitur mētio de peccatis venialibus: quibus frater non perit: nec qui eū à peccato auertit, lucretur. ¶ 4. Nec itē est sermo de iis peccatoribus, qui labuntur quidem: sed ipsi per se surgent: quiq; peccant, sed ipsi se facilē lucrebuntur. Quales viri pij sunt: qui magna quadam occasione, & magna passiōe, in culpā ruūt, sed statim dolent: aut bona est

Roma. 9.  
Eodem.

1. Timo 2.

Psalm. 5.

Eccli. 18.

Sapient. 1.

Isaię. 28.

Roma. 13.

in sum-  
caiet

107-

6. nota  
bibi.

est spes eos facile dolituros. Hi enim non expectant, ut tu vadas ad corripiendum: sed ipsi se corripunt. & quæ dicunt, aut faciunt in cubilibus & cordibus, cõpunguntur. ¶ 5. Porro, licet textus expresse loquatur de criminibus in alterum iniuriosis: at planũ est, loqui de omnibus. Si enim loquitur de his, vbi minor videbatur ratio pximũ corripiendi, multo magis loquitur, vbi multo est potior ratio. ¶ 6. Jam si proximus meus lapsus est quidem, habet tamen admonitore: qui, super oue inuigilet sua, non adstringetur offensus oue corripere. Si enim indigēs habet, qui sibi succurrat: nõ ego teneor succurrere. Ergo si offensor meus est monachus, habens Prelatum prouidum: non ego illum admonebo. Idem fuerit, si qui me læsit, filius est patris iusti, & probi. ¶ 7. Rursus nec peccata publica corripere obligor. Hec enim inquirere, corrigere, & punire, iudicis est. Vt in capit. qualiter, de accusatio. dicitur: ¶ Verum est tan. e me teneri ad correptionem, si Iudex aliõ qui dormitat. ¶ 8. Item nec peccata infidelium teneor corripere. quid enim si me non audierint, num dicã Ecclesiã? At quid Ecclesia super infideles potest? Quid enim mihi de his quæ foris sunt iudicare? ¶ 9. Adde nec obligor corripere peccata eorum de quibus correptionem nõ spero, vt peccata eorum, cum quibus non est mihi conuersatio. Nec enim illi me audient. ¶ 10. Imo si peccatum iã est senio confectum, & callo cõsuetudinis obductũ: forsan corripere nõ teneor. Nec enim spero corripere. ¶ 11. Demũ sapienter video ab autoribus animaduersum: correptionem opus esse elemosinæ spiritualis, & propterea, quæ locum habet in Eleemosyna, & ab ea excusant: habent etiam in correptione, vt excusent ab ea. ¶ Quarta quæstio est, quorsum adducuntur testes. Sancti dicunt: vt autoritas multorum facilius corrigat delinquentem: eorumque charitas magis prouocet ad penitentiam. Secundo: vt si neget crimẽ: quod forsan illi viderunt: illis attestantibus, fateatur. Tertio: quia denunciator repelli debet à Prelato, nisi prius coram testibus, fratrem corripuerit. Ita videtur dici in cap. licet Heli. de Simonia. Vbi Abbas se defendit, quod prius esset à testibus charitatiuè admonendus: quam coram iudice, de peccato traducendus. ¶ Quinta quæstio: quæ nam sit Ecclesia, cui peccatum pertinacis dici debet? Et quidem tempore antiquo Ecclesia erat cõgregatio fidelium. Neq; enim tunc excommunicatio fiebat, nisi fidelib; cõgregatis. vt habetur à Paulo dicente: Congregatis vobis cum spiritu meo. &c. Et per tempora multa, hic inoleuit vsus. At quia durissimũ erat, Ecclesiã toties congregari, placuit per Ecclesiam fieri, quod à Iudice factum esset. Ideo Papa in ca. nouit de Iudiciis, dicit: sibi peccatum Regis Franciæ cognoscendum: vt qui vicem Ecclesiæ habeat, dum ei præsidet. ¶ Sexta quæstio: An Ecclesia possit peccatorẽ secretum, & peruicacem, sententia excommunicationis ferire, vbi suam correptionẽ spreuerit? Vi-

deo enim hoc à quibusdam, in dubiũ vocari. Sed est planus Pontificis textus, in dicto ca. nouit. de iudiciis, Vbi habetur, ad officium nostrũ spectat: de quocũq; pecco mortali corripere quemlibet Christianũ & si correptionẽ contempserit, per distractionẽ Ecclesiasticam cohercere. Et aperte id textus Euangelij dicit: Si Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus, s. p. excomunicationẽ. Si. n. ita ligauerit Prelatus, ligatũ erit in cœlo. Certẽ ligatum erit: si Prelatus in nomine Christi, nõ in alio nomine ligauerit. Porro nomẽ Christi comprehendit iustitiã, veritatẽ, charitatẽ &c. Quod si hoc nomine Ecclesiã non ligauerit: quid mirum si ligatum non erit in cœlo? Porro memor sum expl. casse me locũ Euangelij, quod ligaueris erit ligatũ. Et illũ etiã: quæ petierint fiet, ideo ab explicatione sup. sedeo. Iã querit Petrus.

**Quoties** *peccabit in me frater meus, & dimittã ei?* Respõdet Dñs: Septuagies septies, id est infinities. Certẽ hominis misericordia est vt nubes matutina, quæ citò finitur, bonitas hominis taxata est, sicut & spũs eius. At cũ factus est Deus hõ: & quãdo hõ redditur quidã deus. i. quãdo Spũs sanctus habitat in homine, sicut misericordia Dei est ab æterno, in æternũ: ita misericordia hominis redditur, ab extremo ad extremũ. attingit. n. à fine ad finẽ fortiter. Dices: An nõ Deus dicit: sup. tribus sceleribus Damasci: & super quartũ nõ cõuertar? Et ad Ieremiam. Si orauerit Ieremias, Noë, & Daniel, nõ exaudia. Igitur & homines ad certũ numerũ dimittent. Respõ. Illa dicta fuisse cõtra nõ relapsos, aut si cõtra relapsos etia: intelliguntur quãtũ ad pœnã. Culpã. n. penitẽtis remittit facillẽ Dñs. pœnã nõ itẽ. Quã verò velit Dominus culpas fratrum à nobis remitti: animumque nostrum eorum offensionibus non offendi parabola sequenti docetur.

**Ideo assimilatum** *est regnũ celorũ boni regi.* &c. i. Christo: q. rex & hõ est. Planẽ hõ in substantia sua, quia verbũ caro factũ est: sed & humanitatẽ, & placidos mores, visum est Dei verbũ accepisse, cũ carnẽ accepit. Siquidẽ quale mõstrabatur exterius, tale erat interius. ¶ Hic hõ Rex dicitur: prius hõ quã rex. quia ipso iure susceptẽ humanitatis, ab omnib; hominibus erat, vt rex suscipiendus. licet aliõ qui quatenus Deus, prius esset rex, quã hõ. ¶ Igitur hic rex, tũc, ponit rationẽ cũ seruis suis. i. cũ Christianis: cũ eos ad cõfessionẽ Sacramentalẽ adducit. tũc itẽ, cũ eos reuocat ad cor: admonẽs: vbi sint vbi iaceat pstrati, sale nõ saliti, porro, quia licet cũ multis ponat rationẽ nõ tñ multos efficaciter cõuertit: sed illos dũtaxat, quos dat sibi Pater (iuxta illud, omne qd dat mihi Pater, ad me veniet. & illud: nemo venit ad me, nisi Pater q. misit me traxerit eũ. i. nisi Pater mihi obtulerit eũ) ideo dicit: cũ cepisset rationẽ ponere, oblat; est ei hõ. &c. Pater igitur offert Filio iudicandos. Pater. n. nõ iudicat quẽquã, siquidẽ omne iudiciũ dedit filio. ¶ Ille verò oblat; debebat decẽ millia talẽta.

*in sum. ca. tam. 306 co. 2. 18. concl.*

*Math 16.*

*3. m. d. 3. l. 1. 1.*

*Osee 6.*

*Psal 102*

*Sapient. 8. Amos. 1.*

*Ezechi. 14.*

*5. 204*

*remittentur xi.*

*Ezechi. 16.*

*Ioannis. 6. Eodem.*

*Ioannis. 5.*

*Vbi*

*Psalm. 4.*

*1. Cor. 5.*

*8. Corin. 5.*

*in sum. ca. 306 co. 1.*

*159*

Vbi admirari hominem libet: qui tantus sit, vt ei decem millia Deus tribuat talenta: & ipse decem millia talenta possit insumere. & tam sit stultus, & prodigus: vt illa malè cōsumere soleat. Cupis forsā scire, quæ sint hæc tot talēta? Audi: Dedit Deus homini talenta naturalia: & supnaturalia. Naturalia primū accipe. 1. Dedit se Deus homini: vt vbiq; velit hō, Deū habeat cooperatōrē, quia sine Dei cooperatiōe, neq; naturalia opa q̄s facere posset. 2. Dedit homini mūdū. cōstituit. n. eum super omnia opera sua. subiiciens ea vanitati, propter spem: Vt Paulus ait. 3. Dedit homini ipsum hominem. scilicet carnem tot organis instructam: animam tot potentiis vigentem: acumē rationis, & arbitrij libertatem. 4. Dedit cuius peculiare gratias, & donaria: quibus aliis alij sunt præstatiōres. Alij. n. canunt: alij pingūt, alij aliis artib; pollēt. 5. Dedit omnia reliqua bona: salutē, honorē, amicos, diuitias. En tibi naturalia talēta. ¶ Si ad supnaturalia: oculos cōuertas, inuenies innumera: Sed his quinque millibus comprehendēsa. Primum dedit homini Filium vnigenitū: qui factus est nobis, iustitia, sanctificatio, redemptio. 2. Dedit Ecclesiam. novum quendam mundum. Vbi sunt sacramenta. Sacre literę. Sacre cęremonię. Sacer Dei cultus, & religio. 3. Dedit gratiam: cum qua fidem, spem, charitatem & reliquas virtutes infusas. Nouū scilicet hominem interiorē, multo ditioribus ornamentis exornatū, q̄ sit hic noster exterior. 4. Dedit gratias gratis datas. quibus in vita Christiana alij aliis ministrent. quę Paulus recensuit. Roman. 12. Et 1. Corin. 12. & ad Ephes. 4. Demum. 5. dat infinitas inspirationes & spiritualia beneficia: quibus à malo auocetur, ad bonū pmouetur. O verè talēta, & decē talēta & decē millia talēta. pfectō talēta sunt. quib; cœlū, Deūq; ipsum mercari licet. pfectō talēta sunt, q̄ qui nō soluit, nulla pœna, nisi inferno satisfaciet. ¶ Si igitur hæc talenta in cultum Dei insumatur: iam nihil debet, qui insumit. Siquidem in vsus Domini qui dedit, expenduntur. Sed si (quę nostra est infelicitas) in obsequiū diaboli perdatur: certum est nos ea debere Deo. qui exactissimam eorum rationem exiget à nobis. Vt enim est liberalis dando, ita est exactor rationem exigēdo. ¶ Sed cum miser homo debet decem mille talenta: vnde obsecro soluet? Quid enim habet, quod non acceperit? lubet igitur Rex eum venundari. quod duplicem habet sensum. Vel quod venundetur homo, cum Deo illustrante cognoscit se venundatum esse: vel quod tunc venundatur, cum datur in reprobū sensum: in efficaciam erroris, & in quandam velut impotentiam surgendi à peccato. Nam & Paulus dicit: Ego carnalis sum, venundatus sub peccato. ¶ Iam discrimen iustorum & impiorum agnosce. Iustorum animę, sponsę & vxores Dei sunt. Et ideo quicquid faciunt, quosq; filios operum pariunt: Deo sponso, & non sibi pariunt. Nam Sara & reliquę antiquę matronę, viris suis dicebantur peperisse, non

sibi. Et Paulus ait: Christus pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt, iam non sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est. Iusti ergo non sibi pariunt, non secum nubunt. At iniusti secum nupserunt. suam habent vxorem, suos filios. non Dei. Ideo à Deo omnia vendi iubentur.

**Procidens** *verò seruus ille*. Sanè non potuisset procidere, nisi à Deo Patre, Christo esset oblatus. Si. n. nemo dicit I E S V S: nisi in Spiritu sancto: quomodo procidet coram I E S V, nisi in Spiritu sancto? Igitur cum quis à Spiritu illuminatur: vt sua debita cognoscat, o quam se vere deiicit? o quam procidit? Stare nō vult: quia cor contritum, & contractum habet. & factus sibi metipsi grauis, ad pedes Christi cadit. Ille enim spiritus, qui crimina demonstrauit, ad Christū p remedio volare præcepit. imo & orare docuit, in hæc verba. Patientiam habe in me. Et quidem Christus ipse est patientia, misericordia & benignitas. at peccator rogat. Domine qui in te patientia es, patientia sis in me. Quid. n. prodest, si patientia sis in te, & iustitia in me? ¶ Porro mirum est, quam audacter, confidenterq; dicat: omnia reddam tibi. Vnde tibi pauper, decem millia talenta? Site tuaq; vendas nihil es. vermis es, homo non es: & si peccatum es, nihil es. vnde igitur tibi, tanta soluēdi fiducia? Sed profectō eleganter ipse dicit, patientiam habe in me, reddam omnia tibi. quia ex inimico sibi Deum amicum facere cępit, reddere ei etiam omnia cępit. patientiam igitur habe in me, gratiam inueniā apud te: & en cępi omnia tibi reddere: Si enim amicus mihi fueris, quid non acceptabis in pretium debitorum? Calicem aque frigidę, pro magna solutione recipies. Vt enim tibi impatiēti & inimico, nihil quamuis grande accipitur in pretium: ita patienti, & amico quiduis (etiam paruum) in satisfactionem exceptatur. ¶ Secundō etiam eleganter dicit: patientiam habe, & reddam omnia. quia si hō se Deo reddit, omnia ferè reddidisse videbitur. Si enim homini subiecit Deus omnia: cum se homo Deo subiicit: an non & omnia Deo subiecisse iudicabitur? Sapiēter Deus ab homine petit, cum dicit. fili præbe mihi cor tuum. hoc enim si præbeas, cuncta præbuisse videberis. ¶ Tertiō illo audaci verbo, docuit quo animo esse debeat in Deum homo pœnitēs. Videlicet, vir verè pœnitens verèque proponens malè actam vitā corrigere, decernit in pectore suo, quidquid edat, bibat, dormiat, vigilet, omnia in gloriā Christi facere. imo decernit, seipsum castigare, punire, & in hostiam sanctā, & rationabile obsequium, se Deo sacrificare. Id verò est omnia reddā tibi. ¶ Quartō: adeo confidēter promittit iste satisfactionem operum: quia nouit per pœnitentiā, operibus applicari sanguinē Christi, q̄ cū infiniti valoris sit, pfectō oia talēta valet. Tūc Dñs, cui sepe animus potius quam opus satisfacit, debitum dimittit.

**Misertus** *illius dimisit*. Seu absoluit eum, & debitum dimisit ei. Prima omnium est mise

2. Corin. 4

1. Cori. 12

Iob 7.

Psal. 70.

Psal. 22.

Marci. 9.

Psal. 8.

Prouer. 23.

2. Cori. 10.

Roman. 12

Psal. 8.  
Roma. 8.

1. Corin. 1.

1. Corin. 4.

Roma. 1.

2. Thesa. 2.  
Roma. 7.

Genesis. 21

talenta 50  
omni conla  
ta

est misericordia: quâ ex ingrato, & inimico peccator, in filium admittitur. Ex misericordia, gratiam peccatori Deus infundit: quâ absoluitur à demone, peccato, inferno. id est quod dicit, absoluit eum. Porro quod addit, debitum dimisit ei: videtur fauere Lutheranis, dicentibus in pœnitentia non requiri satisfactionem. Siquidem Deus debitum dimittit. Sed toto cœlo falluntur. Si enim de baptismo loquamur: ita est Deum dimittere debitum, sine noua satisfactione baptizati. Si verò de pœnitentia confessione loquamur: planè debitum dimittit: illud videlicet, quod antè debebat. scilicet, debitum eternum. Instas, de debito temporali, in quod eternum commutatur. Sed respon-

deo: Primum fieri sepe, vt tanta sit peccatoris contritio, humilitas, & verecundia: vt sine noua satisfactione peccatum deletur à Deo. Vt Magdalene contingit. Secundò: si isti voluit Deus dimittere omne debitum, quia perfectum animum, plenissimè satisfaciendi adduxerat: num & tibi, non eundem animum afferenti remittet? Minimè perfectò. **Egressus** *verò seruus.* O rem miserandam, egredi à Deo! Tota hominis vita est, adherere Deo: est esse vnum cum Christo: est iactare suum cogitatum in Deum: est prouidere Dominum in conspectu nostro semper. Quam ergo erit, hinc egredi malum? Sicut enim totum damnus dānatorum est, mitti foras vt palmes: ita tota sc̄licitas sanctorum est, intrare in gaudiū Dei. Is igitur qui Deum obliuiscitur egreditur à Domino. ¶ Egressus verò suffocabat cōseruum, o spectaculum triste. Cur proximus proximum suffocat, & torquet? Carnem torques tuam. Seruum, amicum, & filium Dei. Christum Domini, Prophetam, sacerdotem, regem. Sumus enim regale sacerdotium: & quidam Christi, ac ideo Sacerdotes & reges, sumptis hisce nominibus, aliquantò fusius, quam vulgus accipiat. ¶ Tunc cōserui contristati sunt valde. Argumentum enim plene Christiani est flere cum flentibus, & sicut culpa Sodomorum, clamor fuit corā Deo: ita & gemitus piorum, cum pios vident ita torqueri, clamor est coram Deo. ¶ *Tunc vocat Dominus seruum, & dicit: serue nequam.* Vocat scilicet quia in throno sue iustitiæ, is qui fratrem torquet: vt nequam vocatur, & dānatur: id verò est vocari. Licet fieri etiam possit, vt intus in corde mali serui, per intimam inspirationem, Deus ita peccantem nominet.

¶ Atqui statim dubium non spernendum occurrit: cur vocatur is seruus nequam: qui bona sua repetit? Siquidem nequam non est, qui iure suo vtitur: Nec eo priuatur, licet eam gratiam à suo hero receperit? Ad hoc responsio est: primum, seruum hunc peccasse mortaliter, quia cōseruum suffocabat. Si enim conuicium dicere mortale est, quid erit tantam violentiam inferre? Secundò: peccauit mortaliter, cōseruum propria autoritate, trahens in carcerem. Id enim officium Iudicis est, non cuiuspiam priuati. Vide

Siluestrum verbo carcer. Tertiò peccauit mortaliter, exigens ab eo, qui soluere non poterat, qui tamē soluere cupiebat. quia grauissimè indigenti, dare: non auferre iubemur. Quartò peccauit: quia non est cōserui misertus: quæ est germana ratio textus. Rectè enim Ioannes, Qui viderit fratrem necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo: quomodo charitas est in eo? Fateor, diligere proximum, præceptum esse affirmatiuum. Sed ideo obligat in loco & tempore. Locus verò diligendi, ex hoc textu euidenter colligitur, is est se: cum frater debet, & eget, & patientiam petit. O si hæc non surdis auribus audiremus. Res. n. erat omni dignissima cōsideratione. Quintò peccauit: ex ingratitude. Seruus enim sciens voluntatem Domini, & non faciens plagis vapulabit multis. Ergo recepisse summa beneficia à Domino, fratrum amorem summè cupiente, & iubente: & torquere fratrem tam exigui eris debitor: id mortale Domino visum est: & ideo iubetur traditoribus, quod quale sit, inde colligas, si intellexeris, quale fuerit intrare in gaudium Domini. ¶ Traditur verò tortoribus donec soluat etiā nouiss. quadrantem. Cuius verbi difficillima est explicatio, quomodo enim Deus peccata semel remissa, iterum repetat? Sed hoc interim accipe. Cū quis summa beneficia, post summa debita, & peccata recepit à Domino: si iterum offendit in scelere grandi: hoc peccatum ex ingratitude, fit grauissimum: adeo vt gravitatem præcedentiū delictorum, aut superet, aut æquet: & ita debitor huius peccati, dicitur debitor totius debiti præcedentis, quia hoc debitum tantum est: quātū erat antiquum, & hac ratione, antiquum in nouo videtur reuiuiscere. ¶ Quare o viri pij quibus Dñs multa peccata donauit: caute rursus Deum offendere, caute ne iniuriā proximo faciatis, scientes eam iniuriæ tantū valere: quātū priora peccata valuerant. ¶ Quod si lector nosse cupis, quātum nostræ monetæ sint decem milia talenta, scito ex Budeo & probatis autoribus, valere sexagies cetera millia aureorū. i. Sex milliones aureorū. ¶ Denarius verò: videtur numus, q̄ esset sufficiens laboris diurni stipendiū. Diciturq̄, in monasterio Guadalupes is denarius esse, quæ Christus dixit, esse Cæsari reddendū. Is verò appesus, 42. numos. greos (quos maraedis vocat) valere asseueratur.

CAPVT. XIX.

Et factū est cū consummasset.



EX vetus nuptias iubebat & pijs operibus diuitias, in præmium pollicebatur. Volens igitur Dominus, virginitatem & paupertatem instituere: & ita finem legis Iudeorum imponere: ad fines Iudææ accessit. Et qui summo cōsilio ad fines Iudææ venit, eodem Pharisæos

Luce. 7.

Psalm. 72.  
Ioānis. 18.  
Psalm. 54.  
Psalm. 35.

Ioannis. 15.

Math. 24.

Exod. 19.

Roma 12.  
Genes. 18.

Math. 5.

1. Ioan. 3.

Luce. 12.

Math. 24.

an redca  
Peccā remiss

talentū

denarius

1. Corin.

risæos ad interrogandum prouocat. & profectò Pharisæorum interrogatio summa fuit: nam eam cuncti ferè coniugati, quibus cum vxoribus non benè conuenit, percontantur. Et, vt summa fuit interrogatio: ita ei nequibat respòdere, nisi summus. Quis enim alius, hominum petulantem libidinem, (Moyfi, imo Dei autoritate) suffultà, potuisset cohibere? ¶ Quæstio igitur est: An vir quauis de causa, vxorem relinquere possit? Hic mirari non desino miseriam nostram. Non dabatur in lege facultas vxori, virum repudiandi: Soli viro dabatur. Cur ergo nostra anima, facultatem sibi arrogat, Deum virum suum repudiandi? Idq; quauis, vel leuissima causa? ò libertatem: eo nomine indignissimam! Quid inuenerunt, inquit, patres vestri in me iniquitatis: quòd recesserint à me? Et Pilatus non inuenit causam, cur Synagoga repudiet Christum. Anima mea, dum vnus est cù viro tuo spiritus, diues es, fœlix es, omnia enim viri tui bona, tua sunt: quæ te igitur repudij libido exagitat? Num meliori nubes? Nū diabolus Deo melior est? Vir tuus nunquam deseret te: excepta fornicationis causa: nisi te prostituas: nisi te vt meretrix prosternas. Nā qui auarus est, fornicatur cum Idolorum numis. qui gulosus & libidinosus, cum vêtre. &c. Quod si olim non licebat repudianti, repudiatam repetere: nūc verò Deus tuus te inuitat: vt licet repudiaueris eum: conuertaris, & ipse te recipiet.

Iam scrupulosos conuenio: & eos qui se à Deo dimissos queruntur. Cur ò viri creditis, Deū vos repudiastis? Si crimen mortale non admisistis, nō dimisit vos Dominus. Quis, inquit Dominus, est liber hic repudij, quo dimisi matrem vestram? Aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris, dimisi matrem vestram. Ergo vbi scelus non est, repudiū non est. ¶ Sed redeamus ad nostra. *QVI fecit ab initio, masculum & femina creatur eos.* Taceat ergo Aristoteles: qui mundi negat initium. Taceat & inter Theologos Gabriel, qui creaturas facere negat. Si creaturæ non agunt: quorsum masculus fieret, & fœmina. Igitur Deus qui vtrumque sexum in animalibus fecerat: imo & in plantis connubia instituerat, (habent enim & palmæ, & rursus ficus sexum suum) imo & in elementis connubia meditatus fuerat: (est enim inter cœlum, & terram: maris & fœminæ cōiunctio) idem in hominibus, quantumuis ad Dei imaginem factis, esse mandauit. Elegāter Ireneus. Christus ex terra virgine: sicut Adam ex terra virgine. Nondū enim pluerat cœlum in terram, cum Adam factus est.

**Et dixit Deus,** *propter hoc relinquet homo.* Inter bruta noluit Deus connubia esse indiuisa. Non. n. Deo tāta est cura de bobus. at homines in diuisibili nexu connexuit. Ad quod verba adduxit & signa. Primum: relinquere iussit patrem. quasi diceret: Tam indiuiduè sibi hèrebunt coniuges: vt etiam causa

patris, aut matris non separentur. Secundò: Erunt inquit in carne vna. Certum siquidem est, carnem Euæ fuisse carnem Adæ, ex quo illa edificata est. Vna igitur est caro viri, & fœminæ. ergo inseparabiles sunt, vt caro à se non separatur. Quasi diceret Dominus Adæ: Si cupis nosse, cur ex te Euam ædificarim: causam accipe. Vt tam inseparabiliter ei hèreas, quā hères carni tuæ: Quod vt in Adam factum est, ita in omnibus cōiugibus Deus intelligi voluit. Ideo addit, quos

Deus ita coniunxit: homo non separet. ¶ Patet ex dictis, cur vir & fœmina sunt duo in carne vna: nō perinde verò bruta, quia ex carne viri facta est Eua: non ita ex carne bruti masculi, fit fœmina bruta. ¶ Patet secundò: sensus Apostoli dicentis: *Omne peccatum extra corpus est: sed qui heret meretrici, in suū corpus peccat.* sensus enim est: qui heret meretrici, dat et carnem suā. Caro enim viri, caro meretricis fit. Cū igitur meretrix abutitur corpore suo, perinde est, ac si abuteretur corpore viri. Igitur qui heret meretrici: corpus suum exponit, costupradū ab iis, à quibus meretrix polluitur. ¶ Patet tertio: sensus Apostoli dicentis. vir non habet potestatem sui corporis. Siquidem corpus suum fecit corpus vxoris suæ. Caro enim vtriusque, neutrius est.

¶ Patet quarto: Cur sacramentum matrimonij magnum sit: sed maxime, in Christo, & Ecclesia, quæ de latere Christi sūpta est. Et verè facta vna caro cum illo: & ita Christi opes & merita, nostra sunt. & ideo eo moriente mortui sumus: eo verò surgente, ascendente, & in cœlis sedente, surreximus, ascendimus, cōsedemus. &c. Vt Leo dixit

**Ad duriciam cordis vestri.** Erant Iudei dure ceruicis: habebant cor lapideum. & lex vetus non habebat oleum gratiæ, sufficiens illam duritiam emollire: Ideo Iudeorum corda non vinciebantur: neque hèrebant viri vxoribus suis inseparabiliter. At quia per legem nouam, ablatum est cor lapideum, & datum est cor carneum: & simul data est charitas, quæ est vinculum pacis: faciens multos esse vnum cor, & vnam animā, ideo in lege veteri libellus repudij permissus, in noua reuocatur. ¶ Iam sicut in lege noua, Deus iungitur animæ, per baptismum: vt nunquam sit eā dimissurus, quo ad vinculum. (character enim baptismalis vinculum est) licet peccantem animā dimittat, quo ad thorum: (nec enim in vno lecto quiescit Dominus, cum anima peccante mortaliter.) ita vir fornicariam dimittere potest, quo ad thorum: non verò quo ad vinculum. ¶ Nota etiam in lege veteri fornicationem habitam, vt, peccatum: eius enim causa dimittebatur vxor, & lapidabatur. dixi de hac re supra capit. 5.

**Non** *omnes suscipiunt hoc verbum.* Nota: quosdā suscipere verbum castitatis: quosdā sine culpa non suscipere. Suscipiunt ij, qui animū ad castimoniam propensum in se sentiūt. qui ad cōtinentiam accenduntur, incitantur, vocantur. Qui verò non ita feruent, his non est datum.

¶ Item

Genes. 2

Eodem.

1. Corin. 6

1. Corin. 7

Epheso. 5

Ephesi. 2.

Epist. vlti.

Decretali.

& Caius. Leo.

Epist. Decretali.

Exodi. 32.

Ezech. 11.

Epheso. 4.

quibus datur

verbum

castitatis.



¶ Item ex his qui ad castitatē inclinantur: alij possunt capere: alij non item. capiunt illi, qui natura sunt moderatiore: vel qui exercitio mortificationis, ardore libidinis temperarūt. Qui verò corpore sunt ad libidinem irritatiore, vel ex diutino vsu estus carnis vix ferunt: iis dicitur, melius est nubere quam vri. ¶ Demum: ex his qui ad castitatem vocātur, & naturā sunt tepidiore, alij capiunt verbū continentię scilicet qui vocāti Deo obediunt. Non capiūt verò, qui vidētes se à Deo non obligari, (licet ab eo vocentur ad castimoniam,) à vocatione declinant. Dicit ergo Dominus: Quibus datum est donum amoris erga castitatem, & possunt eam capere, (quia naturā vel exercitio minus libidine feruent,) suadeo, vt capiant: adero presens agonibus: iuuabo flaccescentes: coronabo triumphantes. ipsi inueniēt pacem vitam meliorē, & regno Dei aptiorem. Id dicit Dominus: vultis viuere scēlices: declinare molestias: vouete continētiam. At vos (cum turpibus loquor) o clerici, o monachi, o moniales, cur vouistis continentiam, si forsan vobis datū nō erat, nec capere poteratis? ¶ Aduertē quā Christus, legem veterē eneruet. In ea dicebatur: maledictus sterilis: & vxor tua sicut vitis abundans. & filij, merces: fructus ventris. At nunc cōtra, Virginitas asseritur donum Dei, cui debetur regnū cœlorum in prēmium. Qui potest capere capiat. Id enim melius est.

### Tunc oblatis sunt ei paruuli.

Offerebant Iudæi paruulos Domino. qui tangebat eos. & orabat p̄ eis. En vbi tota nostra salus est. Primum, si Christiane iturus es in cœlum offeras te Deo necesse est. Christus Sacerdos est, & hostia, qui se Deo obtulit in Cruce. Nos etiam ideo sacerdotium regale sumus: vt nos met Deo offeram⁹ in nostra Cruce. Et quidē animæ Deo oblate, virgines illę sunt: quę regi offeruntur. Vt habetur in Psalmo. Libet admonere eos, qui vitæ se dicāt perfectiori: Si perfectus esse vis, te totū Deo offer, nihil in te tuū maneat. qđ in te tuū esse vis, hoc te molestat, affligit, inquietat. Exhibete igitur corpora vestra, & totos vos: hostiam sanctam, placentē Deo. Porro infantū est natiua imbecillitas: ignorantia: metus. o si scires Christiane, quā sis infirmus, ignarus, inermis: te Deo offerres, vt paruulus, quo Dñs te doceret, armaret, roboraret. ¶ Vbi verò te Dño obtuleris, optadū est: vt ille te tangat. Vita carbonum est, si tangantur ab igne. Salus infirmī, si penetretur à medicina. vita mortui, si tangatur à vita. Salus pueri fuit tangi ab Eliseo. Salus leprosi tangi ab aquis Iordanis. Salus ergo, & vita nostra, est tangi à potentia Christi. Ad cuius tactum vter sponset̄ tremit. Ad cuius tactum sanguinaria mulier sanatur. Ideo enim nisi manducemus panem, vitam, medicinam, non habebimus vitam. ¶ At non est satis semel à Christi manu tangi: nisi & ipse fundat preces pro nobis. tanta est perpetua

miseria nostra: vt indigeat contiūē adiuuari à continua oratione diuina. tam est nihil, nostrum nihil: vt ppetuō ruat in nihil, nisi phibeatur ab orationibus Christi. Nisi enim Dominus custodierit nostram ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Igitur nostra miseria magno indiget adiutorio. nostra causa, magnum requirit aduocatum: qui non meritis adeo causę nostrę, quam meritis & precibus suis, ius nobis asseret victoria.

Discipuli autem increpabant eos. Quis non stupeat vidēs discipulos Christi impedire pueros, ne veniant ad Christum. Si diabolus, caro, & mundus vetuissent, non mirarer: sed quod discipuli Christi partes agant diaboli, auertentes pueros à Christo, quis non doleat? Spiritus Christi, congregat pullos sub alas Christi. Clamat, si quis est paruul⁹, veniat ad me. & Dñs, venite ad me: at discipuli vetant: Et vetant paruulos, qui magis Christi egent ope? Reuera ita est, maiores quidam nostri, qui totis viribus erāt annisuri, paruulos ad Christum adferre: hi eos auertūt à Christo. Si enim ipsi ad opes, honores, & delicias inhiant: ad eas etiam paruulos inhare docent. igitur planē eos auertunt à Christo. Non audeo dicere, multos eorū ferre non posse, quod paruuli frequenter ad orationem, ad cōfessionē, ad communionem accedant. An nō vides discipulos, qui paruulos à Christi auocent accessu. Hi audiant Christum dicētem. Sinite paruulos: nolite phibere eos accedere ad me. pro his mori volo. pro his me ipsum sanctifico: his ius regni cœlestis tribuo: Sinite eos venire ad me. Vt. n. ipsi nullo nisi me delectantur: ita & ego, vehementer illorum delector amplexu. in eorum oscula ruo. &c. Quam verò securus est: qui inter amplexus Christi est? Quam timebit leo & vrsus, & lupus, ab eo qđ Christi amplexib⁹ gaudet: quā verò dulcis est amicitia: vbi ad tam intimos venit amplexus? Quam est Christus tener amicus: qui etiā cum seruis, ad amplexus & oscula venit? An non hi amplexus, quedam sunt cœlestis beatitudinis imagines? An non prius cor dat, qui etiā amplexus dat? An non dabit reliqua, qui non fictē dat amplexus & oscula? ¶ Quod verò addit *Talium est regnum cœlorum.* Duo indicat. Primum, quod etiam pueri si modo tangantur à Christo (quod in baptismo fit) ius habent in regnum cœlorum. Tactus enim Christi sat est regnum dare, his qui non obstacula ponunt. Alterum est. Id solum, (quod capax quis sit regni) satis esse debet Christianis, vt ametur, diligatur, non prohibeatur. Non enim aliud dicit Dominus: quam finite, ne sitis molesti his: qui sunt mei regni capaces. Sufficit vobis, quod iis erit dandum regnum. Qui enim regnaturus est, amandus est, prohibendus non est. Solemus enim eos mirari, honore & reuerentia afficere, de quibus dicitur, quod sint in terra regnaturi. Quid igitur si regnabunt in cœlo?

Et ecce

### Et ecce vnus accedens.

**A** Seculo non erat audita fœlicitas, & perfectio hominis: qualis in præsentiâ à Christo docetur. Philosophi docuerât fœlicitatē esse, vel indolentiâ, vel cognitionē causarum, vel virtutum humanarum assequutionē. Sed quis audierat, perfectionē esse, quandam animę cum Deo vnionē: vt nihil nisi Deum amare, vel intelligere contēdas: vt in hoc vnico pelago nates. hunc cibū solū edas: huius causa, omnia reliqua, vēdens, cōtemnens, & fugiens? Huius perfectionis docēda gratia, Dominus aduocat adolescētē probissimū, integerrimū, dignū quē (vt Marcus dicit:) Dñs diligeret: & talem cui (vt Dominus testatur) nihil deesset ad perfectionem, nisi vendere omnia: adeò ab omni erat culpa liber. ¶ Nō igitur potest ratione doceri, adolescentē hunc fuisse dolosum, aliōqui multa illi deessent ad perfectionē: & non vnum solum. ¶ Ergo cum Dominus decreuisset docere, quę nā sit hominis in hac vita perfectio: adduxit adolescentem omnibus bonum modis: Cui tamen perfectio sola deesset, quam illum Dominus doceret. Inquit ergo adolescens.

**Magister** *bone, quid faciendū, vitā eternam possidebo?* Vbi primum aduerte: adolescentem, diuitem, principem, quē inter diuitias, delicias, honores, non alia tāgat cura: nisi cœli, & vitę beatę. profectō fat hoc est viri probi signū, condēnat tamē nos Christianos, senes, & Deo dicatos: quos non hęc tangit sollicitudo. Secundō aduerte, & mirare: cur non hęc nos tangit maxima cura, quid faciētēs vitā assequamur? Vita hęc nostra fugax: sed ex hac vita pendet eterna: cur igitur non vehementer illa cura nos angit? Docuit ergo adolescens primum, quęrere regnum Dei, & iustitiam eius. Docuit primum exhibere membra nostra arma iustitię in sanctificationē. Docuit ita habere terrena, ac si nō ea possideremus. Qui enim inter diuitias anxius est, de vita æterna: ita eas habet, ac si non haberet. Adolescenti respondet Dominus:

**Quid** *me dicis bonum? Nemo bonus nisi Deus.* En insinuatur vitę Christianę perfectio. Sensus. n. est. o adolescēs: delectaris, in hoc exteriori, quod tibi demonstro: quodque tibi videtur amabile, & gratiosum? Age si vis perfectus esse, nihil istorum bonum & amabile, dignūque quod oculos distineat tuos, videri tibi debet. Sursum corda. In solo Deo iocunditas tua, amor tuus statuendus à te est: reliqua auocantia ab hac fœlicitate, longē sunt relinquenda. Igitur si vis de perfectione doceri, en breue verbum. Solum Deum estima vt bonum illud, dignum quod à te vnice ametur: cætera reiice. Si verò de communi vita rogas, quid agendum: vt liceat in cœlū ingredi, serua mandata. Et quidem omnia mandata sunt necessariò seruanda. Sed maximè exigitur à te, vt serues mandata de proximi dilectione.

¶ Nota primum: Serua mandata, quia mandata

sunt. Hac enim ratione, ex amore seruabis. Nota secundò: concessum Theologis esse, neminem ex puris naturalibus sine gratia Dei, vniuersa posse adimplere mandata. & quia mandatū de dilectione proximi vniuersam legem impleuit, fit, vt sine gratia nemo possit diligere proximum: vt debet. Rectè ergo dicit Dominus. Si vis vitā, serua mandata, proximum spectantia. Nota tertio ordinē pręceptorū. Cœpit. n. Dominus à facilioribus. Nō occides inquit. Id verò à natura videtur insitum, nullius sanguinem fundere. aliquāto difficilius est à pulchra alterius vxore temperare: & difficilius ab eius rebus abstinere: maximè cum sunt expositæ furto. Porro difficillimū est os moderari: ne malū de proximis dicat. Penitus verò grauissimum est, etiam cor à concupiscentia retrahere. His mandatis respondit Iuuenis.

**Hęc** *omnia custodiui à iuuentute mea.* O fœlicet adolescentem, cui tanta contigerat gloria: vt iugum Domini portauerit ab adolescētia sua. qui pręter cōmunem adolescētium viam, non corruisset pñus ad malū, ab adolescētia. Qui cum Iob gloriari posset, quod eum nō reprehēderit cor suum, in vita sua. Et cum Anna, qd' mūdā seruarit animam suam, ab omni concupiscentia. Et cū Tobia, quod ab infantia timuerit Deū, & abstinuerit ab omni peccato. ¶ Agnosco fiduciam viri immaculati, cum dicit: hęc omnia custodiui. Vt enim fidenter Petrus dixit: Ecce nos reliquimus omnia. ita confidenter adolescens, hęc omnia seruauit hanc fiduciam sanctitas animę facit. ¶ Discant igitur Christiani adolescētēs, ex Iuda o adolescēte cor suum à rebus caducis frenare: pudeatq; Christianum non facere, quod Iudæus tam fœliciter fecisse comprobatur.

¶ Discant etiam parentes, & pedagogi: sibi demādatos iuuenes sanctē nutrire: vt cum hoc adolescente dicere possint: hęc omnia custodiui à iuuentute mea. Et licet sæpe ex pugnauerint me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. ¶ Intelligis ergo lector cur Dominus trahere conabatur adolescentem ad Christianam perfectionē: certè, quia quem ab ineunte etate amauerat, custodierat, & gratiam dederat: vt mandata custodiret nunc gratię perfectione ornaret, & illustret.

¶ Intelligis etiam, quā amet Dominus eos: q' sumādata custodiunt. amauit enim etiā signis exterioribus adolescentē hunc, vt testatur Marcus. ¶ Ex quo intelligere licet, quantū doleat de mandatorum violatione. Certè tangitur dolore cordis intrinsecus: doleret enim si posset. Respondet ergo Dominus adolescenti.

**Si vis** *perfectus esse: vade, vende omnia, da pauperibus, & veni vt sequaris me.* Vehemēter admiror, quam graue onus Dominus adolescenti pręcipiat. Grande opus mandatū est Abrahę: vt Isaac quem vnice diligebat, suis manibus sacrificaret. An non multi tenerius amāt opes, quā filios? Quid si adolescens hic vnice amabat diuitias suas: at iubetur ipse ire, manibus suis videri manibus

Perfectio  
Sais

Marci. 10.

Mathei. 6.

Roma. 6.

1. Cori. 7.

1. de. 11.  
419  
bulli mōd  
reperit

10 in 9  
1119

Threno. 3.

Genesis. 8.

Iob. 27.

Tobiz. 3.

Tobiz. 1.

Math. 19

Psal. 128

Marci. 10.

Genesis. 6.

Genesis. 22

Luce. 9.

manibus suis dare pauperibus: quasi dicas, manibus suis filium iugulare. Domine quid adolescentem tanto periculo obijcis? ut. s. ipse vëdat, & distribuat? Tu discipulo redire volenti, dicis, sine mortuos. Alteri verò, itē redire ad suos volēti, inquis: nemo respiciēs retro, idoneus est mihi. Cur ergo hunc, ad sua redire iubes?

Psalm. 72.

Arbitror ego his verbis Dominum indicasse: quā voluntariē, quā libenter, quā meditatio, quā prudēter: qui vult esse perfectus, viā perfectionis debeat ingredi. Certē, ut ipsemet vadat: ut ipsemet sua vëdat, ipse distribuat. Locū ergo, & tēpus habeat cūcta expendēdi, & cōsiderandi.

Genes. 22.

Et vbi intellexerit, quā sit bonū, hēre Deo eumq; sequi, Tunc vendat, distribuat, & sequatur Dominum: sciens nūquam relinquendum ā Domino: qui, ut sequeretur Dominū, se & sua reliquit.

Ephes. 5.

Sed spectatissimē cōsidera, qui perfectus esse vales. Quod tenerius ames, id iubeberis relinquere. Iubetur occidere Isaacum senex: iubetur relinquere omnia iuuenis. Igitur iubentur amittere quod magis amant, ut corde ab eo amore vacuato, fœlici cōmutatione, Deus impleat cor: & fœlix sis, in eo qui est vera fœlicitas.

Iob. 17.

Psalm. 29.

Psalm. 22.

Isaac. 50.

Demum considera, cur adolescens non iubetur relinquere delicias, parentes, honores? Sed vade vende. Equidem ego ita iudico: qui diues est, putat se nullius egerē: imò nec Dei opē requirit. Credit enim latentē, Deum quendam se esse. Nec enim immeritō sensu quodā altiori Paulus dixit, auariciam esse idolorum seruitutē. Sibi. n. diues, quasi idolo seruit, & seruire alios vult. Meritō igitur volēs deitas vera, in cor diuitis intrare: idola & falsam deitatem prius diruit, & destruit.

Igitur audito Domino, recedit iuuenis tristis. Quia reuera nulla vera tristitia est, nisi ā Deo recedere. Qui non recedit ā Deo: non habet cur tristetur. Imò si in te non recedentē ā Deo, irruant tristitiarum agmina, dic: Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cōtra me. Et, Dominus protector vitæ meæ, ā quo trepidabo. Et, si ambulauero in medio vmbre mortis, non timebo mala, quia tu mecum es. Et, non sum cōfusus te pastorem sequēs. At, qui recedit ā Dño, cum ab omni bono discedat verē iustam tristitię causam habet, Igitur abscedente iuuenē, Dominus ait.

Difficile intrabit in regnum cœlorum: & facilius est camelum per foramen acus introire, quā diuitem in cœlum. Quis vnquam theologiam talem audiuit. Planē hęc doctrina repugnat stoicę sectę. Possidonius enim Stoicus, inter bona fœlicitatis assignat opes. Autor Diogenes in vita Zenonis. Repugnat itē familię Platonice. Plato siquidem dialogo, 9. de legibus, ad fœlicitatem tria asserit bona animę, corporis, & fortunę. Repugnat etiā familię Peripateticę. Nā Aristoteli ad fœlicitatem necessarias esse dixit diuitias. Repugnat demū toti mundo, qui ad fœlicitatem diuitias querit.

Et quidem parum esset

mundum repugnasse: at repugnare videtur Concilio Gangrē. (ut refertur di. 30. c. hęc autem,) dicenti: Qui dixerit diuitem in iustitia, & bonis operibus, non seruandum: anathema. Itē Ecclesiasticus: beatus diues, qui post aurum nō abiit. Et David, beatus vir, qui timet Dñm, gloria & diuitiē in domo eius. Quomodo igitur Dñs, diuitem asserit non intrare in regnum?

Ad hanc grauissimā quęstionem, primum facile esset dicere regnum cœlorum, hęc sumi perfectione vitę Christianę. Iuxta Paulum, qui dicit. Regnum Dei, est iustitia, pax & gaudiū in Spiritu sancto. In hanc pacem & gaudium difficillimē intrat diues. Iustus sanē ille esse potest, & pius: sed illa intima pace, quiete, & gaudio gaudere difficilē potest. ò vtinam responsio hęc, vt est numeris omnibus absoluta: ita esset omnibus accepta.

Sed age aggrediamur aliam responsionē. Planē video arctam esse viam, quę ducit ad vitam. Sed Christiani qui diuites non sunt, facile per hanc viam ingredi possunt. Est enim via ad eō plana, vt nec stulti in ea errent. Certū est, hanc viam sine Dei speciali fauore transiri non posse: sed certum etiam est hunc fauorē esse duplicem. Alterum excellētē, alterum mediocrem. Pauperes igitur, fauore mediocri vitā currunt Christianam. At diuitibus non est sat fauor mediū: sed requiritur ille maior. Sicut D. Thomas asserit prælatis esse necessaria auxilia maiora, quā plebibus. Id asserit explicās titulum Epistolę Pauli ad Timothęum. Hac igitur ratione difficile, inquit, diues saluatur. Auxilium enim excellēs requirit, ne peccet, qui tractat diuitias, tam efficacia ad peccandum allectiua.

Porro, nemo contēpnat similitudinē cameli, rectissimē enim comparatur camelo diues. Camelus solus animalium, habet gibbā: qua vnicē deformis est. Minus cæteris animalibus, potest in cœlum attollere caput. Libenter se oneri subiicit, etiam flexis genibus. Ita diues gibba diuitiarum deformis corā Deo est: vnde Dñs. Vx vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram. Est item diues grauatus, ne in cœlū caput attollat. Nam qui vult diues fieri, incidit in laqueū diaboli, & in desideria multa nociua, quę eum mergunt in interitum. Si eum mergunt in interitum, non sinent in cœlū animum erigere. Quā verò libenter diues se oneri diuitiarum subdat, ostendit hic adolescēs: recedens tristis: quia iuebatur onus relinquere. Quā verò flectant genua diuites, vt ditiores sint, docent curiē, plene genuum flexionibus, quas diuites coram regibus faciunt, &c.

Rursum prudentissimē, porta cœli foramini acus comparatur. Arbitror enim nullibi angustiorē esse portam, quā in acu. nec item vllibi angustior est porta, quā in cœlo. Si enim per eam, sola possunt intrare spiritualia, certē angusta porta est. Hac enim causa Purgatorij locus sancitus est: vt ibi anima omnem crassitiem terrę deponat. Nec enim vel

ipsa

Eccli. 31.

Psalm. 111.

Roma. 15.

Mathe. 7.

Isaia. 35.

Luce. 6.

1. Ad Tib. 1.

1. Ad Tib. 1.

ipsa anima intrare per eam portam potest, si nõ nihil fecis habeat admistum. ¶ Demum inquit Dominus: facilius est camelum, &c. quia camelum intrare per acum, est super auxilia naturæ cõmunia. Diues item intras in cœlum, est super fauorem gratiæ mediocrem. At maius est auxilium gratiæ, quàm naturæ.

**Tunc** *respondens Petrus ait: Ecce nos reliquimus.* Quàm audet animus integer? Ezechias dicit: Memento Domine, quod in corde perfecto quæserim te. Dauid dicit: Iudica me Domine, secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam. Et item, exaudi me, quia sanctus sum. Ita Petrus audet: & audet sine superbia. Grandes enim illi sancti, carebant superbiæ fumo. ¶ Sed libet Petrum interrogare: Petre si reliquisti omnia, non satis retributionis accepisti? Primus Apostolorum factus es: totius ecclesiæ caput, miraculorum operator, maris calcator, & serpentum: quid vltra requiris? At profecto animus perfectus, in nulla re creata quiescit: nullum præmium creatum sui operis requirit. Sed ait, quid erit nobis? satiabor enim tunc solum, cum apparuerit gloria tua. Respondet Petro Dominus.

**In regene** *ratione, sedebitis & vos.* Est generatio ad esse naturæ: hanc contēnit Dominus: quia in iniquitatibus concepti sumus. Alia est generatio ad esse gratiæ. Demum, est regeneratio ad esse gloriæ. ¶ In hac regeneratione, sedebitis & vos. Quo signo ostendit Dominus, suos Apostolos futuros super omnes sanctos. Iudex enim omnium, deligi debet incorruptissimus omnium. Secundo eo signo Dominus demonstrauit, Apostolos fuisse prædestinatos: & prædestinatos ad gloriam summam.

¶ Vide verò, quàm nõ cõmederit Dominus nec bucellam panis, quin ex ea cõmunicaret discipulis. Habiturus erat Christus summum Iudicis honorem, & hunc etiã illis cõcedit. Pro modo tamen suo. ¶ Quod verò addit, *Iudicante duodecim tribus Israel:* sic intellige. Duplex est Israel, secundum carnem, & secundum spiritum: vt asseruerat Apostolus, dicens: Non enim qui in manifesto, Iudeus, &c. Israel secundum carnem cepit à Iacob, & durauit vsq; ad legis finem. At Israel secundum spiritum, cepit ab Abel iusto, & finietur in vltimo credente. Ad hunc Israelem soli fideles spectant: hi enim sunt verè fortes cū Deo: infideles nihil Israelis habent. Hunc igitur Israelem credentium, & fidelium Apostoli examinant, & iudicant. Siquidem infideles, iam iudicati sunt. Porro licet viri apostolici, qui Apostolorum vitam pro virili sectati sunt, etiam ipsi sint fideles iudicaturi: vt sanctorum doctorum consensus habet: at de Apostolis hic specialis est mentio, quia sicut eorum fuit sanctitas excelsior, ita & gloria in iudicio maior, & mentio de eis specialior. ¶ Demum concludit. *Qui serena propter nomen meum reliquerit, centuplum accipiet.* Vbi primum nota: Posse hæc terrena relinquere, & non propter nomen Christi. Potest enim homo distribuere facultates suas, in cibos pauperum: idq; non ex charitate. Nota secundo: tunc propter nomen Christi relinquere, cum Christus est autor relinquendi. At nunquam est autor: nisi cum sanctè, piè, & prudenter opus fit. Non igitur propter Christum relinquit, qui pauperem vxorem, mendicos filiolos, ablegat à cura sua. ¶ Illud verò *centuplum est mentis hilaritas*, & animus sua sorte contentus, & ditior, quàm si mille haberet hæreditates. ¶ Verbum vltimū Christi: *Sunt nouissimi primi & primi nouissimi,* referri videtur ad iuuenem, honore principis primum, vitæ puritate etiam primum: at cupiditate factum nouissimum. Apostolos verò omnibus modis nouissimos, primos omnibus modis futuros.

Isaie. 38.  
Psalm. 7.

Psalm. 85.

Psalm 16.

Psalm. 50.

Iob. 31.

Roma. 2.

Ioannis. 5.

1. Corin. 13

Ioannis. 15.  
Isaie. 5.

Ephesi. 2.

Roman. 6.

Ad Gala. 5.

Isaie. 5.

Math. 21.

1. Corin. 3.

Roma. 12.

### CAPVT. XX.

#### Simile est regnum cœlorum.



**P**LACVIT PATRI eterno vineam possidere, id est, ecclesiã. Placuit Verbo eterno eam plantare: non alia vite, quàm semet ipso. In vna enim Ecclesia, vnam voluit esse vitē. Ego enim, inquit, sum vitis: vos palmites, & germina, dicite Isaia. Vineam Domini, domus Israel est: & vir eius, germen est delectabile. Germen quidem seu palmes: at non vitis. ¶ Porro, licet vitis palmites habeat naturales: at Christus palmites habet insitios. Nos enim nascimur filij ite, ex vite corrupta. vt verè vitis accipiamus succum, ei inserendi sumus. ¶ Iam ad inserendos hos palmites, fouendos, dirigendos, putandos, necessarij sunt operarij. Palmes enim ex se habet corpus peccati: legem in membris, repugnantem legi mētis: ideo frequenter profert fructus suos: id est, fructus carnis, quos Paulus numerat. Hos ne proferat, operarios aduigilare necesse est. Hac ratioe, Deus exit conducere operarios vitis suę. Indignum vidēs, palmites, ex quib; sperabat vuas, ferre labruscas. ¶ Licet verò hi operarij maximè sint prelati clerici, monachi (Nam scribæ, & Pharisei dicuntur agricolę: imò & Paulus, se plátatorem asserit) at profecto quilibet etiam nostrum operarius est: vocatus vt exhibeat corpus suum hostiam sanctam, placentem. Vocatus, vt non sinat se luxuriari: faciendo curam carnis in concupiscentijs. ¶ Cum igitur nos omnes operarii simus: age videamus, vbi nam sint isti operarij? Sanè sunt in foro. Igitur, antequam quiuis nostrum viti inseratur, in foro est: expositus, vt cõducatur: vel à demone in perditionem: vel à Deo in vitam eternam.

1. Corin. 13

Ioannis. 15.  
Isaie. 5.

Ephesi. 2.

Roman. 6.

Ad Gala. 5.

Isaie. 5.

Math. 21.

1. Corin. 3.

Roma. 12.

eternam. ¶ Eorum vita est sine Deo: vita ampla, quia platea est. Est igitur forum locus negociosus, simul & ociosus. Vt nisi è foro exeas: nõ enim sat est, ex voluntate carnis nasci, aut ex voluntate viri: nisi nascaris ex Deo. Exi è foro: vbi licet infinitis quæstionib⁹ & negocijs immiscearis, ociosus tamen es. Vt enim Dauid tacuit, dum clamaret tota die: & vt Ierusalem est ciuitas sola, licet sit plena populo: ita negociosissimus sine Deo, ociosus est. Si cor tuum est sicut mare spaciosum, vbi naues, vbi negocia, vbi curæ versentur: si sine Deo est, ociosum est. Quia vbi charitas non est, etiam si reliqua opera sint, nihil est. ð quantam vim & pondus habet verbum illud, negociamini dum venio. Et illud, cum timore & tremore vestram salutem operamini. Hoc enim opus est: aliud præterea nullum. ¶ Ad hoc ociosorū forum exit Pater, primo mane. Habet ergo prouidentiam suę familię: habet amorem: nec ipse conducere dedignatur. docens patres familias, ne dedignentur ipsi sua inuisere. Imò ausim dicere: licet prædicatores vocent operarios, solus Pater est qui verè eos vocare potest: vocatione. s. illa interiori. Omnis enim qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. ¶ Quis verò pondus illius verbi, exijt, expèdere possit? exit Deus: vnde exit, qui omnia implet? Liceat dicere. Exit ex se, vt intret in te: imò, vt te conuertat in se. Vt enim Verbū exijt à Patre, & venit in mūdum: vt deficiet mūdum: exijt inquam: quia deiecit se, & humiliavit se: ita Pater exit velut à se, velut à sua maiestate: vt inhabitet in te. Exiens verò venit in forum: quid te Domine mouet, vt è loco pacis, lucis, sanctitatis, venias: in locum tu multus: in regionem vmbre mortis: in locū horroris & vastę solitudinis? Ex loco felicitatis in locum peccatorum, captiuorum, mortuorum: in locum Sodomorum? Quid habet peccus nostrum, vt ad ipsum venire velis? ¶ Exijt verò mane: hora tertia, sexta, nona vnde decima. Non est mihi adeò à vero abhorrēs, hos Patris exit⁹, Christi exitus meruisse. Exijt Christus mane in prætorium: hora tertia ad palatiū Herodis, hora sexta ad Caluariam, hora nona exijt spiritus eius è vita ad limbum, hora vnde decima corpus in sepulchrum. Hi exitus Christi merentur, vt respondētibus horis Pater ad nos exeat. ¶ Exit item conducturus, qui conducit, volēs conducit: & item, qui conducitur, volens conducitur. Secundo: conducens adstringitur, vt conductum alat: cōductus verò, vt in officio persistat. Tertio iustitia est, vt conducēs, & conductus debita soluant. Quàm hæc Deo, & homini quadrant? certè mentitur Lutherus dicens: hominem conduci non volentem: & non esse iustitiam, quòd conducēs Deus soluat. At mirari iustum est: Deum homini obstringi conducto: & timeri, quòd homo Deo obligetur. ¶ Iam conduxit Deus operarios, non ociaturos sed operaturos: opera verò quę essent operaturi,

Paulus explicauit. cum fructus spiritus enumerat. Alio qui palmites non ferentes fructus, sunt excindendi: & arbor non faciēs fructū eradicabitur. Et terra non faciēs fructum maledicta est, combustioni proxima.

**Conuentione** *autem facta, ex denario denario.* Stimulus est operarij merces, quam post laborem sperat. & magno labori (qualis est in vita Christiana) non nisi magnus stimulus magnæ mercedis debeatur. Vt igitur egregiè Dauid: inclinavi cor meū, ad faciēdas iusti. propter retributionem: ita perpetam heretici asseuerant: non esse operandum intuitu conuentionis, ex denario.

¶ Nota tamen: operantibus in vinea præcipuam conuentionem esse de numo. Nam cibus, & potus certus est. Igitur tu primum quære denarium regni: reliqua omnia adijcientur vobis.

¶ Eleganter verò vita eterna denarius dicitur. Denarius siquidem omnes numeros claudit: & vltra denarium nulla nouit natio numerare. Ita vita eterna omnes felicitates in se comprehendit: nec est cor, quod vltra felicitatē illam, quicquam desiderare possit. Forsan verò decem digitos in manibus, & pedibus habet hō: vt semper norit denarij felicitatē in extremis sibi promitti. ¶ Nec imprudenter dicitur denarius: diurnus: quia in ea felicitate, nihil est admistum peccati, ignorantie, mali. Fateor gaudium eternum cenam dici: at ipsa quæ est cœna, post omnem laborem, est prandium in meridie: vbi habitat sponsus, & cubat. ¶ Animaduersè dixit. Conuentione facta misit in vineam. Quos enim efficaciter Deus vocat, quodā spiritu agit, & velut impellit ad laborem. Sicut spiritus compulit Christū in desertū. Rectè ergo additur, & illi abierunt: à spiritu. s. acti. ¶ Sublucet mihi consideratio quædā, non spernenda quidē. Quid causæ, Quòd cum prioribus operariis cōuentio fit: cum vltimis nulla sit conuentio? Huius causam esse arbitror. Patres illi antiqui, si operabantur, promissa habebant bona terrę: quę comederent. At Christiani qui vltimi operarij sunt: nõ propter bona terrę operantur. Adde & illud magnificum. Tanta est vis gratiæ Christianę, vt etiam si nulla esset merces eterna proposita: adhuc Christiani Deum suum colerent. Siquidem & Paulus optat anathema esse à Christo, p̄ fratibus, id est, eterna mercede carere.

**Quid** *statis tota die ociosi.* Nõ te peniteat Christiane: si à Dño vocaris ociosus. id est, si te contumelia affecerit. Si enim te mortificat, viuificabit: si humiliat, exaltabit. ¶ Respondent. Nemo nos conduxit. Ita Samaritana & Paralyticus, virum nõ habeo. & apostolus: quis es Dñe? quia si dicerent, Non habuimus conductorem: adeò ad excusationes proni sumus? ¶ Quòd si non conducti, durè arguuntur de ociositate: quanto durius arguentur, qui conducti, & in vinea, & uidentes alios laborare, ociantur? Melius fuisset ij set no-

Galat. 6.  
Ioanis. 15.  
Math. 3.  
Hebręo. 7.

5. 253.  
denarij.

Psal. 118.

Math. 7.

Corin. 2.

Lucę 14.

Cantic. 1.

Marci. 1.

Isaic. 1.

Roma. 9.  
Vi. S. Tho.  
Ad Rom. 9

1. Regū. 2.

Ioanis. 4.  
Actoru. 9.

Ioannis. 1.

Psal. 31.  
Treno 1.

1. Cor. 13.

Lucę. 19.  
Philip. 2.

Ioannis. 5.

Deuter. 32.

Concil.  
Tridē. sub  
Paulo 3.  
scis. 6.

2. Petri. 2. set nobis vitam veritatis ignorasse, quam post agnitam ociari. ¶ *Cum sero factum esset.* Igitur nunc dies est, ad operandum. Veniet postea nox, in qua operari non licet. Nunc ergo tempus est acceptabile, & dies salutis. ¶ *Dicit Dominus procuratori suo.* Procurator est Christus homo. Qui Rebecam est longinquo, id est, animas est peccato, attulit: vt cum Isaac, id est, cum Christo quatenus Deus, nuberent. ¶ *Voca operarios.* Recte dies iudicij dicitur regeneratio. Vt enim prima rerum generatio facta est verbo, & vocatione Dei: qui dixit, & facta sunt: ita in die iudicij, resurrectio, & melior orbis conditio fiet vocatione Christi, dicentis: surgite ad iudicium. ¶ *Redde illis mercedem.* Error esset dicere, animas non accepisse mercedem: sed expectare, ad iudicium: vt Deum videre queant. Quam igitur mercedem procurator daturus est? Respondeo: quia vsq; ad iudicium non habent mercedem corpora sanctorum: ideo integra merces animae & corporis, tunc reddenda erit. Nondum enim integrum denarium accepit anima, donec corpori suo vitam se videat. ¶ *Incipiēs a nouissimis.* Nouissimi sunt Apostoli, cum reliquis Christianis. Hi verò sunt primo mercedem accepturi. Quia honorabile est nomen Christianorum, coram Christo. Speciali enim quadam ratione Christus Christianos suos diligit: quos largiori donauit gratia: quosq; maiori donauit spiritu. Olim enim spiritus non ita abunde erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Nihil igitur mirum si primum, potissimi, honoratissimiq; sint in gloria, qui fuerunt potiores in gratia. Nihil enim aliud est primos habere mercedem: quam cumulatori eos prosequi, & honore, & fauore. Certè vt qui perfecti sint: cum tamen priores fideles, paruulorum nomine censeantur. Lex enim nostra perfectorum est, spiritualium, diuinorum: illa verò vetus erat lex carnalium, paruulorum: qui sub pedagogis agebant. Vide verò lector quæ legis, de statibus sermo nobis est: non de quibusdam personis. Fieri enim potest vt Iob, Abraham, Noe, maiorem & proinde priorem habeant gloriam quam multi fideles Christiani. Sed vt plurimum, nostri Christiani in gloria erunt maiores.

**Venientes** *primi arbitrati sunt, se plura accepturos, &c.* Sunt egregia hoc loco dubia. Primum, quomodo sancti in cælo, putabunt se plura accepturos? Secundò, quomodo murmurabunt contra Patrem familias, quæ intimè diligunt? Tertiò, quomodo oculus beati esse nequã potest? Quartò, quomodo oēs in denario pares sunt, cum alij sint electi, alij non item?

Daniel. 10. ¶ Ad primum, recolendum est ex Daniele. Inter angelos fuisse pugnam. Angelus enim Iudeorum, cupiebat eos è Babilone exire, sed angelus Persarum, cupiebat Iudeos per Persarum utilitate manere. Restitit ergo angelus angelo: vterq; intelligens se benefacere: ita & sancti vetusti, resistunt Christianis, quasi putantes se plura præmia, quam

nos accepturos: vt qui laborauerint per ætates quas habebant longissimas. Viuebant enim serè per annos mille: cum nos vix viuamus septuaginta. Rursum illi carebant sacramentis conferentibus gratiam: & iuuantibus contra laborem: nos contra, sacramentis reficimur. Item minori illi ornabatur gratia, minoribusq; Spiritus sancti viribus: quam nostri. Demum minori illi quam nostri stimulabantur virtutum exemplo. Rectè ergo videbatur, se plura accepturos. Quòd si non placet hæc persuasione in sanctis ponere: dicit. Ita illos putasse: non quia sic putauerint, sed quia sic iustum erat illos putare: nisi altiori diuinitatis lumine collustrarentur. ¶ Huic verò sanctorum verbo, respondet Dominus. Amice, non facio tibi iniuriam: iudicij tempus est, non iniuriæ. Quid quereris, si speciali honore Christianos afficio: qui specialiter me coluerunt, & pro me specialiter sanguinem fuderunt?

**Tolle** *quod tuum est.* o verbum omni miraculo maius: o sancte, quid nam tuum est? Augustinus dicit: Fecit Deus hominem, vt amando, summum bonum possideret. Est ergo Deus possessio hominis. Isaias dicit. Filius datus est nobis. Verbum ergo Dei, nostrum est. Christus dicit: Si in alieno, (id est in terrenis) fideles non fuistis, quòd vestrum est, (id est, Deum) quis dabit vobis. Igitur Deus est possessio nostra. Tolle igitur quòd tuum non est: an tibi sat Deus est? Gauderes si tuus esset orbis: gaude, quòd tuus sit autor orbis. Gauderes diues: & non gaudes diuinus, & velut quidam Deus? hoc enim differt. Deus enim mutari nequit, tu verò Deus mutabilis es. Ideo dicitur: tolle quòd tuum est, & vade. Deus quidam es: sed qui ire potes. ¶ Addit: An non licet mihi, quòd volo facere? Totum orbis dandum est, quòd putat sibi licere, quòd libet. Solius Dei est: licere, quòd vult. Eò. n. quòd vult, licet. Nostrum est, vt solum liceat, quòd Deus vult. Cælum est, facere quæ Deus vult: infernus, facere quæ non vult. Responsum ergo est ad primum & secundum dubium. ¶ Ad. 3. attēde, non dicit Deus assertiuè, oculus tuus nequam est: sed interrogatiuè: num tu vis malus esse, quia ego bonus sum? Sicut illud, Nunc oculi carni tibi sunt: & sicut videt homo, tu vides? & illud: nuncquid adheret tibi sedes iniquitatis, &c. In his enim sub intelligitur, absit. ¶ Ad. 4. Scito, Philosophos & sapientes essentialia respicere: de accidentariis: non adeò curare. Cum ergo in essentiali beatitudine pares sint sancti, ideo pares dicti sunt: licet in accidentariis differant. Pares illos fecit denarius ille: torrens ille voluptatis, fons vitæ, pelagus dulcedinis. Amor intimus, quo vnus est illis cor & anima vna. Volo, inquit, Pater vt vnus sint, sicut ego, & tu vnus sumus.

**Multi** *sunt vocati, pauci electi.* Duo explicanda sunt. Alterum est, qui sint nouissimi, qui facti sunt primi? Sunt verò Christiani ideo facti primi: quia eos diligit Iesus: vt. s. Ioānem

Joannis. 21. nem speciali quodam diligebat amore: & quia (vt arbitror) in iudicio: Christianorum cōgregatio ceteris fulgentior apparebit. Priores verò fideles non ita: ideo nouissimi dicuntur.

¶ Alterum est, qui sunt hi vocati, & electi? Respondeo: Non est hīc sermo de vocatis, qui pereunt. Nec enim hi denarium accipiunt, nec amici à Christo nominantur. Igitur oēs pij ab origine ad finem mundi, hīc vocati dicuntur. Porro inter omnes pios, Christiani dicuntur electi, quia apparebunt abundantiori sanctitate fulgentes.

### Et ascendens Iesus Hierosoly.

**ECC E** ascendimus: & quia omnis altus locus expositus est mille periculis: ideo Ierosoly-ma, quæ locus excelsus est, mortem & pericula cōtinet, his qui in eam ascendunt. Mortui ibi sunt propheta, morietur & ibi, prohetarū Dñs. Cur igitur Prælate locum cupis excelsum? Reddēda tibi est ratio de subditis: deq; malo exēplo, quod illis præbuiisti: deq; vitæ sanctitate, quā Paulus à te requisivit. Et vt sanctissimus sis: instat tibi sollicitudo ecclesiarum: vt nemo infirmetur, quin tu infirmeris: nemo offendatur, quin tu excrucieris: & demum si officij debita impleturus es, en moriendum tibi est: vt Christus mortuus est.

**ECC E** ascendimus. o inter mysteria omnia, miranda & sublimis ascensio: per quam Christus Deus ad mortem descendit. Quis audiuit vnquam tale? Deus moritur. Per ascensionem hanc moritur Christus: sumē colitur Deus: ruina reparatur angelorum: mūdus stupebit attonitus: diaboli minuetur regnum: Limbus expoliabitur: Purgatorium euacuabitur: Peccatū delebitur: vetus homo crucifigetur: Chirographum decreti rumpetur: spiritus abundantior dabitur: pœna peccatorum soluetur, cœlum aperietur, oēs virtutes augebuntur, fiducia impetrandi accipietur: Exemplū sanctitatis orbi proponetur: Omnia mala claudentur, omnia bona aperientur: Lex vetus implebitur: Noua confirmabitur. Gentium desiderium perficietur: Cœlum in terra constituetur. ¶ Ascendimus, inquit:

O vos, Christiani, num placet vobis ascendere cum Christo? certè, vel fugiendū vobis est probrosè, vel moriēdum gloriosè. Si cum Gedeone nostro ascenderis, o Christiane, vide ne impliceris negocijs. Si cum Ionatha libet ascendere, reptandum tibi est per scopulos, vix ibicibus peruios. id est, per difficultates, quas insuperabiles esse putes. Si cum David libet ascendere: ascende super munitissimas petras: ne te gladius Saulis comprehendat. ¶ Ecce inquit ascendimus, & filius hominis tradetur. Nunquam verius filius hominis, quam cū ascendit: vt tradatur. Si enim filius hominis dicitur, quia addictus est ministerijs hominum, planè nūquā addictior fuit, quam cū ascendit, vt traderetur. Rursum (si filius hominis significat, erūnosum, calamitosum. Enos enim id significat) quando erūnosior Christus:

quām vbi ascendit, vt tradatur? Nunquam igitur verius, homo natus ad laborem: quām cum ita ascendit: nunquā verius puer natus nobis, & filius datus nobis. ¶ At, expende verbum, tradetur, quasi: relinquetur. velut homo sine adiutorio, qui dicere possit, Pater meus & mater mea dereliquerunt me. Traditur verò, velut petra durissima, velut murus æneus, vt ictibus hominū quatatur. Traditur velut murus & ante murale: vt hostium in eo furor deſeuiat, atq; ita ciues liberentur. Ita ergo Deus dilexit mundum: vt filium suum traderet omni malo, id est, omni afflictioni & tormento. Vt verè ipse dicat: penè fui in omni malo. Et, dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis: & veni in altitudinem maris: iam non est substantia. Et, traditus sum, non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia. ¶ Expende rursum, tradetur principibus. Vide mundi sapientiam, nobilitatem, culmen, cōtra Christum armari. Nullius vero rabies impotentior, quā iniustitię: virtibus sapientię, honoris, & opum armatę. Et hæc vobis o Christiani, qui cum Christo ascenditis, expectate: totus infernus, totusq; mundus contra vos insurget. Quòd si vos vobis videmini locustę: cum tamen hostes vestri gigantes videantur: confidite: si cum Christo licuerit mori, cum Christo licebit etiam resurgere. Tertiadie resurget. Breui surrexit, breui etiam dolores inferni circūdabunt vos: cetus euomet animam vestram. Non potuit Christus teneri à doloribus inferni, nec igitur vos teneri poteritis: Si modo cum Christo manseritis. Sit in te sanctificatio Nazarei, & non poterit contra te tota Philistinorum cohors. Sit tecum Ephod sacerdotale: & licet inimici tui tuā Siceleg diruant: tu eorū auferes spolia. Si in arca Noe fueris, non præualebunt aquæ contra te.

**Tunc accessit** mater filiorum Zebedei. Nota triplex esse regnum. s. temporale: cuius iura describuntur à Samuele, cum vngere parabat Saulem in regem. Et hīc etiam describuntur à Domino dicente. Reges gentium dominantur, id est, habent ius dominandi, & exercendi potentiam in suos. Quo iure Christus dominabitur, ex die iudicij. Alterum regnum est ecclesiasticum: quod est regnum cœlorum, Huius regni ius est: vt maior in eo, sit sicut minor, ministret, & seruiat. Sicq; bonus pastor, amet subditos suos: vt animam suā ponat, pro ouibus suis. Tertium est regnum cœleste: Cuius regni vis est: facere subditos similes Dēi, iuxta illud. Nunc filij Dei sumus: sed nondum apparuit quid erimus. Scimus tamē quia cū apparuerit, similes ei erimus. ¶ Igitur Iacobus, & Ioannes cupiebant in secundo regno principes esse summi. Sciebant enim Petro promissas clauas regni, factumq; principem ecclesię summū: idq; non ferentes, contendunt eum suo deijcere gradu: vt ipsi possent principes esse summi. Hoc ita esse,

Isaie. 9.  
Psal. 87.  
Psal. 16.  
Isaie. 50.  
Isaie. 26.  
Ioannis. 3.  
Proner. 5.  
Psal. 17.  
Psal. 68.  
Psal. 87.  
Numer. 13.  
Ione 3.  
Act. 2.  
Iudic. 16.  
1. Reg. 30.  
Genes. 8.  
1. Reg. 8.  
Ioan. 10.  
1. Ioan. 3.  
Math. 16.

Job. 5.  
Ecc. 1.

ita esse, ipsius Euangelij tenor euincit. Nam cū Dominus dicit: qui maior est, erit sicut minister, non intelligitur (aut in cælo) vbi nemo ministrabit: aut in regno terreno) vbi rex non est suorum minister. Igitur veneranda Apostolorū mater, de summo pontificatu, inter suos filios diuidendo preces contexit. ¶ Cum verò bona mulier dicit: Dic, vt sedeant. Illo verbo, dic. Videtur agnouisse Christi diuinitatem. Cuius est solo verbo facere: ipse. n. dixit & facta sunt. & item verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Respondet Dñs.

Psal. 148.

Psal. 32.

Ioan. 10.

1. Timo. 3.

**Nescitis** *quid petatis.* Ac si diceret: Si scirēt homines, quantum sit in prælatione periculi: quidq; requirat De<sup>9</sup>, & Paulus ab eo, qui Prælatus futurus est: quid demū debeat prælatus ouibus suis: nemo prælatus esse vellet. Quis enim nimium pauper, decem mille filios, vt ab eo alantur, habere vellet? quis pauper, alieno gre grauari cupit? quis ascendēs onustus onere graui, mille grauiora pondera sibi imponi desideret? quis languidus, multorum sibi languores asciscat? At prælatus alere suos greges: rationem pro eis ponere: onera eorum subire: languoribus eorum, languere debet. Nescitis igitur quid petatis, creditis vos petere honorem, & petitissimum onus, summū periculum. Petitissimum calicem exultationis, & verè non est exultationis, sed continuę passionis.

2. Cori. 11.

**Potestis** *bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Ego sum Summus pōtifex: ideo animam meā, omnibus doloribus tradō pro ouibus meis: omnē dolorē ouium mearum deuoro: hunc calicem libet vobis bibere? Num si placet aureus calix, placet eius potio amara? Sed vos putastis calicem esse mūdi, cum sit calix Christi. ¶ Aduerte Non dixit Christus: Bibetis ne calicē. Sed potestis bibere calicem? Ac si diceret, est ne in vobis potentia, & virtus animi tanta: vt libet, & intrepidē passionem in calice prælationis deuoretis? Paulus dicit: scio abundare, & egere: omnia possum in eo qui me cōfortat. Qui animum ita potentem sentit, prælationē ambiat, si vult. ¶ Respondent illi: POSSVMVS. Ita respondent oēs qui beneficia concupiscunt. Verbum est humane superbix. Quid enim non sibi pollicetur, qui aliquid sine Deo desiderat? Ita enim ille: Ascendam super aquilonem: & illi volunt esse sicut dij. Tunc Dominus.

Ioan. 10.  
Ilaic. 53.

Philip. 4.

Ilaic. 14.  
Genel. 3.

**Calicem** *quidem meum bibetis.* Differentia est calicis Christi, & mundi. Calix Christi principio amarus: in fine suauis. Calix mundi principio suavis, nouissima verò eius, vt ab synthiū. Calix Christi, licet inebriet, prælatus tamen est. Quò enim magis inebriet eo maiorem lucem animo prębet. Calix mūdi plenus est abominatione, & immundicia fornicationis. Calicem Christi sequitur torrens voluptatis, & fons vitę. Calicem mundi sequitur stagnum ignis ardentis. Calix Christi calix est, non

Prouerb. 5.  
Psal. 15.  
Apoca. 17.

Psal. 35.

vrna vel amphora. Paucum enim breue, & momentaneum habet laboris, & doloris. Sicut etiā calix babilonis, calix est paucum habēs & breue delectationis. An non verè fœlix est qui bibit calicem Christi? Hac igitur gratia vos dono, vt calicem meum bibatis. Verbum est profundissimę sapientię: vt enim consortes eos fecit suę passionis: ita & honoris. Et vide, Non dixit partem calicis bibetis: sed calicem meum bibetis. Forsan probabile videbitur, vt sicut Ioānes astitit cruce Christi, eius passionem bibēs, ita & astitit iacobus, licet à longē vt etiam de acerbissima biberet passione. ¶ Igitur, *calicem meum bibetis, sedere verò ad dextram & sinistram non dabo vobis.* Tum quia iam hi loci dati sunt Petro & Paulo: tum quia non libet, tanto vos onere grauare. Sat est tempore passionis gustauisse calicē meę passionis: nolo, vt continuē eam gustetis in prælatione. interim, o viri, Regiņę cœlorum debetur locus dexter. Astitit enim regina à dextris tuis: cur eius locum ei pręripere cupitis? Nū Salomō matrem suam loco sibi debito fraudauit? Num decet regis matrem in angulo sedere?

2. Cori. 4.

iacob.

Psal. 44.  
3. Regū. 2.

11. 10. 1.

**Tunc** *decem indignati sunt.* o verè, venenum charitatis, cupiditas: venenum cōcordię, ambitio! Quis crederet inter piscatores, pauperes: & hos Christi collegas: futurā de summo loco discordiam? Interim admirari libet: quid nā habeat mellis hęc dextera Dei: vt ab omnibus appetatur? Cupiuit eum Lucifer dicens, in cathedra Dei sedi in corde maris: Cupijt Adā. Cupiunt nūc viles piscatores. Certē fecit Dominus creaturam rationalem, stomachum, & sinū habentem ferè infinitos, id est, capacitatis passiuę, seu receptiue, infinite, non quiescunt igitur, nisi eis offam ingeras infinitam, & planè si cupit animus sedere ad dexteram Dei, expectet, ne festinet. Sicut enim in Christo cōmortui sumus: ita & cōresurrexim<sup>9</sup>: ita & cōsedebimus in cœlestib<sup>9</sup>. *Qui voluerit maior esse, sit sicut minister.* Quid nī erit minister hominum: qui nouit, cum homini ministrat, se Deo ministrare? quod enim minister sit, Christo sit. Quid nī ministret, qui videt Christum ministrare, & lauare pedes discipulorum? Quid nī ministret, qui videt ministrare munus esse Dei, superbire verò Luciferi? Exigebat locus hic, quid deberet Pōtifex gregi: simul quid etiam rex: Quę vide apud summistas. Sed vt iam cum à prælato consanguinei petunt prębendas, dicerent, non est meū dare vobis.

Ezechi. 28.

Ad ephē. 2.

Math. 23.

Ioan. 12.

### Et egredientibus illis.

**H**abet anima oculos suos, quibus videat: sicut habet & corpus: & quidē, si anima suos oculos cęcos habeat, corpus etiā cęcū dicitur: licet oculis corporalibus videat. Dicente Dño: Si lumē quod in te est, tenebrę sint: totū corpus tuū tenebrosū erit. Hi igitur, (.s. corpus & anima) duo sunt cęci, de quibus in hoc loco. Licet reuera duorum cęcitas, ab vno cęco. s. ab anima pendeat.

Luce. 16.

1. 10. 1.



pendeat. De quo cæco Marcus loquitur. Porro oculorum carnalium felicitas, & obiectum est lux solis. Tunc oculi sani sunt, quando in ea luce omnia vident. Ita & diuina lux. Christus obiectum est & felicitas oculorum mentis. Qui sani tunc sunt, cum omnia in ea luce videtur. Sed hoc profundissimū est. Interim, beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Contra, miseri: qui tanta felicitate priuantur.

Marth. 13.

Porro oculi mentis quadrupliciter cæci sunt. Primi: qui nunquā de Christo audierunt: vt infideles. Alij, qui perfidē vident: obscure tamen vt qui in peccato mortali sunt, quibus melius fuerat, si non vidissent: quā post visum, retrocedere a sancto mandato. Tertij, qui vident & bene vident, sed quadam torporis & desidie caliginē offuscantur. Vt qui sunt in gratia, tepidi tamen sunt. His non reuelantur mirabilia Dei. Quartij, qui illuminati quidem sunt, at non luce illa meridiana. Corpus enim quod corrumpitur adumbrat lucem illorum, ne clarē videant. Dicam primum de primis duobus. ¶ Via quā Christus transiit, vita hęc temporalis est: maximē cum vita bona est. Hęc enim est via, ambulate per eā. ¶ Iuxta viam hanc sanctam, sedent infideles, maliq; homines. Iuxta, quia de nullo dū viuunt, desperandū est. At malum est non esse in via.

2. Petri. 2.

Isaic. 30.

¶ Licet verō cæci mali sint, clamant tamen: quia semper ratio, & conscientia ad meliora aspirat, meliora petit. Ideo mendicat: Dum enim Deum non habet, pauper est. Egestas, n. a Domino in domo impij. ¶ Quod si peccator rerum transeuntium strepitū audiat, intelliget oēs res seculi, & malas & bonas clamare, aliud esse bonū. s. Deum. Id si attendat, ad Deum clamabit. Vidēs non in creaturis, sed in creatore, lumē esse & felicitatē. ¶ Porro licet creaturę oēs, sua vanitate, & afflictione spiritus, nos ad Deū reiciat: eedem tamen sua gratia & decore a Deo ad se aduocant. Ideo dicuntur factę in mūscipulam insipientium: & hęc dicuntur obstare: quo minus cæci, ad Christum clament. ¶ At quāuis vetēt creaturę, ne clamemus: qui se tamen cæcum esse sentit, non desistat a clamore. Id si faciat, Dominus stabit. Stare enim dicitur: cū ad auxiliādū, se parat. Vt Stephanus vidit Iesum stātē. i. ad subueniēdum preparatum. Itē sicut spiritus dicitur, orare p nobis, quia nos orare facit: ita Christus dicitur stare, quia nos prius male sedentes, bene erigi facit, & stare. Item dicitur stare cæco: quia cæco malo Christus transibat: & velut ē manib; elabebatur. At cæco iam conuerso, stat: volēs manere in eius anima: & volēs vt cæcus non pereat sed stet & maneat in eternum. Stat ergo & dicit.

Proverb. 3.

Eccl. 1.

Sapient. 14.

Act. 7.

Roman. 8.

**Quid** tibi vis faciam? Quia nemo nisi volēs, ad lumen ex cecitate conuertitur: volēs, vt in se faciat Christus, quod tota creaturarum turba facere nequit. Vis igitur, vt tibi faciā, id quod verē est aliquid: sine quo reliqua sunt nihil? Siquidem sine charitate cetera nihil sunt.

1. Cori. 13.

¶ Tunc illi, vt aperiātur oculi nostri. Vt oculos a

culpa clausos, tu potēti manu referes & aperias. ¶ Tangit tunc oculos Dñs, & sanat. Tangit alchymicum aurum alia metalla, & ea in aurū vertit. Tangit cecos oculos lumen Dei, & in lumen conuertit. Deus tangit, & vertit in semideos. Et quia pprium est, vt simile suum simile sequatur, ideo cæcus illustratus, & deificatus, solem: vt heliotropium sequitur.

**Cæci** Tertij generis (boni viri, sed desidioſi) sedent secus viā, id est, secus crucem, & mortificationem. Quia enim in ea non sunt, medici sunt, Paulus ex luce, quam intus hauserat, poterat illuminare omnibus Euangeliū: factus. s. particeps sanctorum in lumine. Ideo diues erat: vt alios ditare posset. At, qui nondū lumē illud illustrius recepit in corde, is mendicus est. Viuēs ex alieno magisterio, nō ex suo. Interim desidiosus audit turbā perfectōrū, qui Christo perfectē sese conformarūt, & cū illo transierunt. ¶ articulus, o occasio, quando transit Christus prope cecum. Tenui, inquit, eum: & non dimittā. & item non dimittā te, donec benedixeris mihi. Transit igitur ingēs amor Christi iuxta cecum, facit eum clamare. Vrit enim ille ignis, & arguit desidiam nostram. ¶ Interim sancti pretereuntes vetāt desides ne clament: sed exurgāt potius a torpore suo & ita clament. Imō verō inijcit eorū perfectio, nostrę desidie verecundiam, & velut desperationē: vt potius tacere velimus, quā clamare. dictum enim est, de stercore boū lapidabitur piger. Clamandum nihilominus est. Optaui enim, & datus est mihi sensus: inuocaui, & venit in me spiritus, &c. ¶ Clamet interim cæcus, & clamor sit, fili David miserere. Nisi enim filius David esset, lumen cecis non meruisset. Et si filius David es, ideo es, vt miserearis. Si enim filij David es, caput nostrū es. At caput consulat reliquis membris. ¶ Stat Dñs: Cum enim non operatur in te, præterit te: at si stat, operari vult. o quā sum infelix si me prætereat: quā cōtra felix, si mihi stet. Stans verō dicit: Quid vis, vt faciam tibi? Quia agens uniuersale determinatur ad vnum, ex subiecti dispositione, id est, ex voluntate petentis. Ideo Dñs aliquid nobis daturus, prius facit in nobis pium quendam affectum: quo donis eius disponamur. ¶ Tunc cæci: Dñe, vt aperiātur oculi nostri. Sūmus. n. dolor est, quod res spūales adeo dignę videri, non videantur: & oculi ad eas videndas nati, sint cæci: & cum filij simus lucis: nihil minus videam, quā lucem. Ac propterea minus equo, de luce iudicemus. ¶ Tangit tunc Dñs oculos, & tactus ille, qui cecare videbatur, illuminat. Tactus enim ille claudit oculos: vt clausi ad terrena, referentur ad cęlestia. Id inquit Apostolus. Qui sapiēs est inter vos, stultus fiat, id est, qui videt, cæcus fiat: vt videat. ¶ Illuminatus, Christum sequitur: quid enim aliud faciat, qui tātarum rerum pulchritudinem videt? Certe? Paulus vbi vidit, continuē non acquieuit carni, & sanguini, &c.

Epheso. 3.  
2. Corin. 5.

Cantic. 3.  
Genesis. 32

Eccli. 22.

Sapient. 7.

1. Corin. 13.

Galat. 1.

**Cæci** Quarti generis sunt, sancti adhuc exi-  
 stentes in caliginoso loco, donec illu-  
 cescat dies. Hi pijsissimi viri, sunt secus viâ, id est,  
 secus mortē: per quâ Christus transijt ad vitam.  
 Sedēt secus mortē, quia eam cōtinuo dēsiderāt:  
 & quia eorū vita mors quēdā, seu mortificatio  
 est. Rursum ij mendicant. s. sorbitiunculas cœ-  
 lestis dulcedinis. Et itē mendicāt: quia nihil ex  
 mundo volunt. Sed toti pendent ex stipe cœle-  
 stis auxiliij. Clamant hi, cum vident adhuc Chri-  
 stum transire, & nō stare sibi: clamāt. s. adoptio-  
 nem, & libertatem glorię filiorū Dei. Clamant,  
 vt eruantur à cęcitate huius vitę. Sed turbę ve-  
 tant: sciunt. n. turbę fidelium: quā sint hi pijsissi-  
 mi viri in hac vita necessarij: idēo increpant eos,  
 ne mori cupiant, aut ne pro morte precentur. Et  
 Paulus dicit: Mori melius, sed manebo propter  
 vos. At interim priorum animus clamare non de-  
 sistit. Tunc Dñs stat: mandās, illi pio clamāti, vi-  
 tam stare: stat, quia iam cum eo nō progredi sed  
 quiescere vult. Stat volēs implere voluntatem  
 timentium se. Tangit Dñs cęcum aliquo morbo,  
 & tactus relinquit vestem corporis, vt luce fruatur  
 eterna.

## CAPVT. XXI.

## Et cum appropinquassent.



**D** IN PRIMIS ME-  
 ditatiōe dignissimum. Cur  
 Dñs breui ignominiosissi-  
 mā mortem passurus, nūc  
 vult vti pompa gloriosiss.  
 Certē vt intelligant qui pō-  
 pas ambiunt: quā sit, vici-  
 nū, & germanum summum  
 decus, summo dedecori. Videntur hęc distantis-  
 sima, Christus docet esse cōiuncta. ¶ Secundo  
 intelligant ij, quibus crux placet: adeo glorio-  
 sum esse pati, adeoq; opus esse perfectū: vt ad id  
 subeūdū gloriosa deceat pompa. Ornatur sacer-  
 dos sacrificaturus, sponsus nupturus, rex inau-  
 gurāndus. Ornatur Christus passurus. ¶ Sed quid  
 O Christe, asello tibi op⁹ est? quis te vidit equo  
 insidentem? num ita nostro langues amore, vt  
 vehiculo tibi sit opus? Sponsa dicebat, fulcite  
 me floribus, stipate me malis: quia amore lan-  
 gueo. nū etiam tu amoris vires expertus, amoris  
 oneri succūbis: & ideo eges, qui te vehat asello?  
 ¶ Sed cur asello? num asellus tāto quadrat triū-  
 pho? Certē quia Abraham suum Isaac immola-  
 turus, asellum sterni iubet, cui Isaac imponat.  
 Non it tamē asinus ad locum immolationis, sed  
 expectare reditum iubetur. Hic asellus genus  
 hominū est: erat enim homo in honore, & quia  
 non intellexit, iumentum factus est. Sternitur  
 ergo ab Apostolis: & Christus verus Isaac illi im-  
 ponitur, magno tamen mysterio: nec enim pas-  
 surus est asinus, non est immolandus. Nec enim  
 est animal sacrificio idoneū: immolabitur Isaac,

illelo asino. Ita enim dicit Dominus: Si me que-  
 ritis, finite hos abire, Videlicet, plagę, verbera,  
 gladius, non in iumentum, sed in Christum in-  
 ciderūt. Cū igitur videbat Christus ramos ex oli-  
 uis decisos: quis credat, eū eius historię imme-  
 morē: quę Isaac, ligna quibus imolaretur, tulisse  
 declarat. ¶ Iā Axa, recepta peiore hęreditate,  
 meliorē petens: super asino suspirat, imo & illa-  
 chrymat. Ita & Christus p. Iudaismo (priorē hę-  
 reditate) Gentilitatē à Patre suo petens, super  
 asino sedēs suspirat, & visa ciuitate lachrymas  
 effundit. Mouet verō dubiū, quid sit: Dñs his  
 op⁹ habet: cū tñ bonorū ipse nostrorū nō egeat:  
 num ille qui sedet super cherubin, eget asello?  
 an nō currus Dei decē millibus multiplex, Dñs  
 in eis, in Syna, in sancto, nū is eget asello? Certē  
 qui pri⁹ equitabat super cherubin, & cuius erāt  
 tot currus: vt videretur terribilis, auferēs spiri-  
 tū principū: nūc eget asello, vt humilis videatur  
 & mansuetus. ¶ Sed interim Dñe cur super  
 asello sedes? cur summā sapientiā summe con-  
 iungis stultitię? Tu sapiētia Patris. In te oēs the-  
 sauri sapientię & scientię Dei. At nullū animal  
 insipientius asino: adeo, vt ex inscitia nomen de-  
 ficus non inuenit. Simile hoc est parabolis illis  
 quas Math. 25. Dominus tractat. de eo qui talen-  
 tum defodit in terra: de virginibus carentibus  
 oleo. &c. Ergo non solum condemnatur, quia  
 malè, sed etiam quia non benè egimus. ¶ Quartū  
 est: Ficus arbor est humētissima. Si igitur hume-  
 tissima planta siccatur: quid sperat, quæ arida  
 est? Si in viridiligno hæc fiūt, in arido quid fiet?

Id est, si in anima, quæ folia habet, quæ aliquid  
 humoris habet, hæc exsiccatio fit: quid in ea fiet,  
 quæ nihil horum habet. ô vos, qui sermone diui-  
 no fulgetis, qui canticis: qui cæremōniis diuinis,  
 ad vos hic Dei sermo dirigitur. videte ne maledi-  
 camini. ¶ Quintum: Vbi Adam peccauit, & se nu-  
 dum conspexit: foliis ficus se contextit. An nō fi-  
 cus illa, foliis, non fructibus, plena erat? Maledi-  
 cta igitur terra in opere tuo. Iam si Episcopus, si  
 Canonicus, si vir Ecclesiæ dicatus, videat se me-  
 ritorum fructu nudatum: & propterea suam nu-  
 ditatem magna pompa, magnoque familiæ appa-  
 ratu protegat: an non ille videt se ficum, cum fo-  
 liis, sed sine fructu? At Concilium dicit: Auto-  
 ritatem suam Episcopus vitæ merito sibi asserat:  
 non seculi splendore. ¶ Sextum: & id terribilissi-  
 mum. Nūquam ex te fructus nascatur in eternū.  
 Liceat hoc dicere liberius. videmus quosdam ex  
 Ecclesia, ita foliorū gloria fulgētes: vt regiū etiā  
 superent splendorem: sed hos ita viuere & mori:  
 vt à multis etiam infidelibus (fide excepta) supe-  
 rētur. Quis nō videat eorum sterilitatem, & à ra-  
 dicibus ariditatem? At in cœlum os ponere, vt  
 non libet, ita & piget. iam ad rem.

Quod Dominus æsuriat, (vt sancti dicunt) qd'  
 nostram salutem æsuriat, non potest non mirabi-  
 lissimum esse. An non habet quod ædat, cur æsu-  
 rit? Si æsuriero inquit, non dicam tibi, meus enim  
 est orbis terræ. Quid optet extra se, qui cuncta  
 cōtinet intra se? Deus nō esset, si aliquid illi dees-  
 set. Si igitur in sua essentia, velut in ditissima mē-  
 sa, sunt omnes dapes, omnia dulciaria, quid æsu-  
 rit? Quod si illi aliquid æsurire fas est: habet pro-  
 pè se ardentiss. Seraphinos, Sapientiss. Cherubi-  
 nos, placidiss. thronos. vt homines æsurire, vi-  
 deatur propè nephas. quis enim non miretur, qd'  
 à tam pulchris Angelorum choris oculos ferè  
 Deus auertat: conuertatque in seruos: & seruos  
 peccati? Et si simplici desiderio homines cupe-  
 ret, esset mirādum: sed quod eos æsuriat, & quod  
 mane æsuriat, quis non stupeat? Si mane æsurit,  
 quid faciet meridiē? Certè id constat, mane ali-  
 quid velle, est vehementer velle, vt illud mane  
 erigit mihi aurem, id est, vehementer id admonet.  
 & mane adstabo tibi. & qui mane vigilant ad me  
 id est, qui vehemēti cura inuigilant. Id enim ve-  
 hemens negocium est, quod à summo mane in-  
 cipimus. Idque toto die tractamus. Num igitur  
 nullū negociū Deo nostro charius est, aut grā-  
 dius, quàm de nostra tractare salute? ¶ Video  
 Christum tam ardentem nostram salutem optare,  
 vt inde Patri suo gloriam, & honorē conciliet.  
 Video Patrem nostram ardere salutem: quia tā-  
 topere est ille bonus: & ideo tantopere nostram  
 dolet desidiam, & nostram proinde miseriam. Et  
 ille desideratque, in quem suas effudat opes,  
 habet. ¶ Vel certè ideo æsurit, vt nos eum æsurire  
 scientes, cibos apparemus. piaculum enim fuerit  
 scire quod nos ille cupiat: & quod eū suo frau-  
 dem desiderio. Quæ verò piaculu sit, ex magni-  
 tudine

Genes. 3.

Eccles.

Cōcil. Car-  
thaginē. 4.

Psalm. 49.

Isai. 50.

Psalm. 5

Prouer. 8.

Concil.

Psalm. 44

Agor.

Eccles.

Luc. 23.

tudine pene conijcias, maledixit ficuit, fructibus carenti. De ficu pauca dicam.

¶ Ficus hæc primum significat statum legis veteris: non adeo homines, quã eorũ statum. Hoc certè status legis, & Euangelij differunt: quòd lex terret, iubet, promittit, exornat exterius, sed gratiã nõ præstat interius, vnde fructus oriri queat: erat igitur folijs, non fructibus plena. Impossibile enim erat legi, quia infirmabatur per carnẽ, quẽpiam ad perfectum adducere, id est, ad fructus ferendos. Sunt enim fructus spiritus, charitas pax, &c. Erat sanè lex initiũ quadatenus gratiẽ, quia initiũ sapientiẽ, est timor Domini, quẽ lex efficiebat. Erat ergo lex radix gratiẽ, sed quia per legem nõ erat iustitia: ideo per legem, non erant gratiẽ ficus seu fructus. Apertum est quòd ficus, sub vno cortice mel habet: in quo melleo humore grandis natat granorum multitudo. Hoc verò habet charitas, quẽ humor melleus est. in quo omnes homines debent contineri. Neq; enim charitatem habet, qui mel (in quo omnes diligit homines) non habet. Cum igitur lex Moyfi ex se gratiam & charitatem nõ contineret nec causaret, planè fit, vt ficus esset, cum folijs, sed sine fructu. Pertesit igitur Dominus huius arboris (meliorem plãtare volẽs) exiccat legem illam, dicitq; illi: nunquã ex te nascatur fructus: d est, iã ex te nemo saluetur, veniant omnes ad Euangelium, in quo saluetur. Sciãtq; post resurrectionem, legem iam mortuã, & post Euangelij promulgationẽ esse mortiferam. Iam igitur in lege nemo saluetur.

Ex sanctis nouimus: quẽuis nostrum esse ficulneam, in terra Euangelica plantatam, nouimus etiã Dominum esurire huius arboris fructus: & quòd mane esurit. Sed quid est, quòd veniat, querens fructus, quando tempus non est? Respondere timor est. Multos nouimus in iuuenili, & florenti etate defunctos: obiisseq; diem suum, quo tempore non Deo seruiẽbat, sed mũdo. Quid hoc est? certè venit Dominus ad ficũ, querẽs fructum: quo tempore minus ficus fructum habet: siquidem in iuuenta potius videtur tempus fructificandi carni, & mũdo, quã Deo. At non inuentis fructibus maledicitur arbor, eã qua nulla esse potest maledictio maior: nõquam nascatur in te fructus. Et certè in inferno non nascetur, qui enim arbor in medijs ignibus fructum proferat? ¶ Vidimus multos recens sponso: multos initio suarum aut deliciarum, aut diuitiarum: quo tempore Deo non fructificabãt: quo tempore arridente fortuna, videbatur tempus non esse vt Deo seruiretur, sublato tamen e medio. Quid illud? quãrit Dominus ficus, cum tempus esse non videbatur. ¶ In summa, multi sunt in peccato mortali: fructus charitatis non habentes, folijs Christianissimi contenti. quãrit in his Dominus fructus, cum tẽpus non esset: & excandescens, occidit: & in ariditatẽ inferni detrudit. Vanissimũ ergo fabulamentũ est

dicentiũ, tunc nos Deũ e vita subtrahere, cũ sumus paratiores. Imò verò frequẽter præoccupamur, quã hora non putamus. Vt parabola nos illa docet, de diuite, qui multa in multos annos bona congesserat, sed illa nocte repetita est eius anima. ¶ Accipe & aliud. Castigat Dñs frequẽter filios suos, quis enim est Pater qui non castiget filium suũ & castigat sæpe, etiam mane. Dicitur enim: castigatio mea in matutinis. Et item mane erigit mihi aurem. Quod solent patres cum castigant filios, erigunt illis aures. Et quidẽ sanctus Iob: queritur: quòd sua castigatio, etiam a summo mane incipiebat. Porro cum castigamur, tẽpus videtur potius recipiendũ a Deo consolationem, quã quòd ei, patientiẽ dulcedinem exhibeamus. Anima tunc potius vellet a Deo cibari: quã Deum esurientẽ fructibus melleẽ ficus alere. Sed si Deum esurientem nõ alat, maledicitur. Qui enim erubuerit me, erubescam & ego eum. maledicitur ergo, quia in culpam cadit mortalẽ. At qui culpa mortalis, quãtum est ex se, fructibus caret in eternum.

Rursum, quòd mane fructus in nobis quẽrat, indicat: quã velit nos semper esse paratos, semper fructus habere expositos: quos Dñs edat. nunquã induciã dantur: primum omnium quẽrite regnum Dei, nunquã sine hoc regno inueniamini. Estote parati, quia nescitis diem, neq; horam. Sint lumbi vestri præcincti: & lucernæ ardentes in manibus vestris. Sanè quia nocte carebant oleo, virgines, & sponsæ, non intrauerunt ad nuptias. At quis crederet sponsum venturum media nocte? venit igitur, cum non esset tempus fructuum. o quã rectè dictum est: ne derelinquas me in tempore senectutis, cũ defecerit virtus mea, id est, cum fructus, præ tempore, ad ferre desiero. Ama igitur Deũ, & obserua legẽ eius, omni tẽpore. Et, itẽ omni tẽpore benedic: Deũ.

Mirantur Apostolici ficum aridam. Quis non miretur animam in inferni ariditatem coniectã? Maximè si consideres Dei in se, clementiã. Dei in homines amorem: si hominis in se imbecillitatem: ad peccandum pronitatem. Si hominis hostes eum ad peccandum allicientes. Si ex alia parte penam in inferno infinitam spectes: quis nõ miretur a Domino animam exiccatã. Miramur defunctũ hominẽ, ruentẽ domũ, euerfam ciuitatẽ. o quã est magis mirãda arẽs ficus. ¶ Quis cõprehendat illud, nunquã ex te fructus nascatur? quòd in inferno, nihil boni anima possit. nõ pot patienter sustinere, nõ potest in tormẽto letari. Quis nõ miretur ficũ nulli vsui, nisi cõbustioni idoneam? & sane combustio ea est, vt in ea Dñs velit ostẽdere potetiã iræ suẽ. planè, n. fecit potentiam in brachio suo, disperdẽs superbos mente cordis sui. Si in viridi ligno talis passio fuit, in arido quid fiet?

Quòd verò Dñs Apostolis, potestãtẽ montẽ eradicandi cõcedit: mihi creditu facile est. Data est Apostolis potetiã sup naturã: facti sunt Apo-

Luce. 12.

Hebreo. 12

Psal. 72.

Isaie 50.

Iob 7.

Math. 5.

Math. 6.

Luce. 2.

Eodem.

Math. 25.

Psal. 70.

Deuter. 10.

Tobic. 4.

Genesi. 8.

Roma. 9.

Luce. 1.

Luce. 23.

Marci vlti.

stoli

stoli instrumeta & organa deitatis. Si deitas montem eradicare potest, (siquidem deitatis nutu montes graui mole consistunt) poterunt etiam idem Apostoli. Nō attendas cordas in lyra, aut tubos in organo: manum attende. ¶ Sed equidem diabolus mons expressè dicitur apud Zachariam, n hęc verba. Quis tu mōs magne coram Zorobabele, in planū (supple) deducēris. Quā verò frequenter Apostoli in diabolū suam exercuerint potentiā, ipsum ex obsessis eradicantes, Acta apostolica declarant. Vbi illud non silebō quōd etiam sudaria, & semicinētia Pauli demones eijcerent. ¶ Iam nemo nescit, per montes intelligi viros potentissimos: exercitus confertiss. iuxta illud propterea nō timebimus, dū turbabitur terra, transferentur montes in cor maris. i. etiam si viri potentiss. & exercitus robustissimi coēat, non timebimus. Vide nunc Leonē Papam vno verbo Attilæ regi obsistētē: & intelliges discipulum Christi, montē ē sua firmitate eradicantem. ¶ Rursum, cum Apostolus Paulus excōmunicat fornicarium, cum Petrus interficit Ananiā: quid aliud quā ficum exiccat: priuatus enim hō ecclesię suffragijs (id est, terrę cœlestis humore) certū est, quōd arefcet. Et cū imperatores exautorātur & excōicantur à Papa, quid aliud sit, quā montes eradicari à discipulis Christi? Deponit Gregorius septimus Henricum quartum: Alexander tertius Fridericum primum: Innocentius tertius Fridericum secundum. Quis hic nō videat montes ē terra depullos?

Quia tamen Ecclesia non solum habet potestatem, vt eradicet: sed vt plantet: nō solū in irā, sed in edificationē: ideō rem ita intellige. Cum p̄dicator hominē diuitem, pompa & splendore seculi fulgentē cōuertit: ficū exsiccat. Atq; adeo exiccat: vt qui folijs prius luxuriabatur: nūc folia illa pompamq; cōtēnat, & fugiat. At cum idē p̄dicator Regē aliquem, Cēsarem, aut Pontificem ē seculi vanitate, in mētē reuocat Christianam: planē montē eradicauit ē terra, in meliorēq; locū dimisit: in mare. s. lachrymarū & compūctiōnis demergens. Ego verò non demiror montem ē terra deuulsum: sed miror cœlum in terrā coniectū: regnū cœlorū ad nos veniens: Deūq; venientē, & mansionē suam, in eo cubili facientem, vbi prius habitabant dracones.

**Et cum venisset in templum.**

Hęc, quā Christo Pharisei proponūt, quęstio: mihi videtur, non vt cūq; illi p̄posita: sed ex publico Iudaici senatus consilio. Ita q; cōueniunt maiores illi, vt Christo grandē hęc quęstionē obijcerent: in qua quicquid respōderet, caperetur. Sicut ergo ex publico Iudæorū consilio missi sunt Pharisei interrogaturi Ioānē, quis esset: ita & hoc loco, hęc interrogatio ex senatu p̄cessit: & corā frequentissima plebe Christo p̄ponitur. Age igitur intelligamus cōciliū Iudæorū misisse ad Christū literatos viros, qui eū in-

terrogarēt, in qua potestate hęc facis? ¶ Est verò interrogatio adeo grauis, vt nulla possit grauior esse. Super hac. n. oēs sectę controuertuntur. Iudęi, Mauri, gētes super hac re nobiscū decertāt: habeat ne Christ⁹ potestātē diuinā, an humanā? Ex hoc vno tota hominū salus depēdet. Ex huius viua fide iust⁹ viuūt. Qui. n. credit in me, etiā si mortuus fuerit viuūt. & qui viuūt & credit, nō moritur. ¶ Porro cum sit grauis quęstio ista, est etiā cornutū dilēma. Si. n. Christus responderet, ex hominibus, dicerēt illi: cur blasphemias dicēs te esse Deū? si diceret, ex Deo, blasphemā illi impingerent. ¶ Dñs verò, simili dilēmate illis respondit. quocirca credibile est Phariseos suā explicasse quęstionē, hoc modo, in qua potestate hęc facis, ex Deo ne, an ex hominib⁹: quib⁹ Dñs paribus verbis respōdet, baptūs Ioannis ex Deo ne est, an ex hominibus? ¶ Illi dicūt, nescimus, timētes lapides turbę. Vide quātus Ioānes baptista fuerit: vt si quis diceret, vitā illum peregrisse humanā. nō Diuinā: à Iudęis esset lapidādus. Vnde ascēdēdū tibi est, talis erat Ioānes baptista vt testimoniū eius toti mundo sufficeret, ad credēdum Christū esse Mesiā: tāta erat viri sanctitas, & autoritas: illiā Deo nō ab hominib⁹ data. Nō igitur īmerito, dictū est, existimāte populo, quōd esset ip̄e Mesiās. Nec immerito Dñs dicit: internatos mulierū nō surrexit maior, Ioāne baptista. ¶ Quo collige quā prudenter Dñs Phariseis respōdit. Si vos inquit, quęritis in qua potestate hęc facio. Respōdeo: Vos scitis fuisse Ioannē à Deo. Ille verò de me dixit. Ecce agnus Dei: qui tollit pec. mundi. Et itē: qui de cœlo venit, sup oēs est. Et itē: non sum dignus soluere corrigiā calceamenti eius. Planē ergo vobis ille respondit: potestātē hanc esse à Deo. ¶ Respondēt illi, nescimus. quid? soli vos estis peregrini in Israel, vt nesciatis quod oēs sciunt? an nō erat grauisima culpa, quōd rem tantā ignoretis? Vestrū erat discquirere quid quisq; p̄dicatorū assereret, verū ne an falsum esset? Cur non examinastis an Ioānes vere an falso tanta assereret de Christo? examinastis enim: an Ioannes verus esset Mesiās?

Tūc Christus, neq; ego dico vobis. ò verē vnicum malū! Si Christus non dicit nobis: quis ipse fit, verē perimus. Prima. n. salus est, ipsū audire, sese manifestātem. Audit Saulus, cur me persequeris? at ille. Quis es Dñe? tota Sauli vita inde pendebat, quōd Dñs diceret: ego sum Iesus: Diuina est mihi potestas, nō ex hominibus. Audit cæcus ille vidēs. Credis in filiū Dei? tūc ille, quis est Dñe? tunc Dñs, vt salutē daret in corde, qui dederat in oculis, ego sū inquit. Quę verò alia salus esset Samaritanę & Samaritanis, nisi quōd Iesus diceret, quis esset? Durassent adhuc in mūdo densissimę tenebrę, nisi Christ⁹ dixisset, quis ipse esset. Certē si fides ex auditu, & auditus p̄ verbū Christi: vbi Christus nō loquitur: caret aīa verbo vitæ, & vita: rogate ergo vt loquatur Dñs ad cor Ierusalē: dicēs, salus tua ego sū. Addit porro

Dominus

montem exa  
dicare  
prouerb. 8

Zachari. 4

Act. 19.

Psal. 45.

1. Cori. 1

Iere. 1.

Lucę. 17.

Isaic. 39.

Ioan. 3.

Roman. 1.

Ioanis. 12.

Ioanis. 1.

Lucę. 3.

Math. 11.

Ioanis. 1.

Ioannis. 3.

Act. 9.

Ioan. 9.

Ioanis. 4.

Roma. 9.

Isaic. 40.

Psal. 34.

Baptis  
ta.

Dñs parabolā: cuius singula verba sūt expēdēda.

*Homo quidā.* Rectissimē nostri maiores Deum dicūt, hominē vocatū, quia affectu est in nos, paterno. Adde, Christū, qui illos duos filios habet, hominē esse. tū hō est, quia hominē deuicit, & captiuū secum abduxit in cōlū. Vocatur ergo hō, sicut Scipio, Africanus. Tū tertio, si in hac re libet audire Platonē, imō & Ioānē dicentē. Quod factū est, in ipso vita erat: oēs res creatę sunt in Deo eminetē, & licet in se morti obnoxie sint, in Deo tñ sunt vita. Est igitur in Deo lapis, seu lapidis idea. Est hō, siue hominis idea. Est igitur Deus hō, nō hic miser, sed ille idealis. ¶ Hic hō duos filios habet. Ego arbitror hos duos filios ita intelligi: vt prior significet Christianos, ad Christū ē peccatis conuersos. Posterior, Iudęos in legis iustitia fidentes & ideo in Iudaismo perseverantes. Hi, & illi peccatores: sed illi peccatū suū agnoscētes, ad Christū iustitię a sylū cōfugerunt. Hi iustitiam sectantes, iustitię Dei nō fuerūt subiecti. Ergo, hi filij sunt noui Christiani, & pertinaces Iudęi. Miraris forsan quōd hos, & illos, cum peccatores essēt, vocarit Dñs filios: sed admiratio crescet: si spectes, quōd pro his & illis Deus misit filiū suū: quē morte turpissima condēnari, pro nostra salute permisit. Sic Deus dilexit mundū: vt filiū suū vni genitū in hoc daret: vt omnis qui crederet, per illū vitam eternā assequi posset. O incredibile charitatis lōgitudinē, latitudinē, pfunditatē! Certē cōmēdat suam Deus charitatē: quia p inimicis filium suū mori voluerit. Video iā causam, cur Deus tot in orbe peccatores ferat. Planē quia eos diligit, sunt illi quidē inimici ex peccatis suis: sunt tamē dilecti ex Dei clementia: & ex bona: quā à Deo receperūt humana natura. Sicut Paulus de Iudęis dicit: quōd sint inimici ex infidelitate, sed amici ppter patres suos. Admiranda igitur Dei est in nos clementia: simul & nostra horrēda miseria. Quōd Deus duos filios habeat, vtrūq; malū: noluit ille ire: noluit alter Deo parēre. oēs igitur peccauimus: oēs egemus gloria Dei. Conclūsi oēs sub peccato sumus. Quę igitur restat superbiendi ratio? imō verō vereor, ne licet Patri dixero, me in vineā iturū, tandem mors me euntē abripiat, non laborantem.

Dixit ergo Pater filio priori. *Fili vade.* Intellige, hoc esse auxiliū supernaturale, quod Deus vtriq; filio cōmunicat. Illuminat, n. omne hominem veni in hunc mundū & quia non dixit fili vis ire: sed fili vade: & vade, est verbum efficacis: intellige, auxiliū Dei quatenus ex Deo est, esse sufficiens ad eundem, si ire filius vellet. Nō est igitur auxiliū vanū, & fallax: sed naturā valēs, & forte: & adeo forte, vt hominē infixū in limo pfundi: hominē qui descenderat in altitudinē maris, & ad ventrē inferni, (si hō ipse velit) arripere possit: & in altitudinē cōli, conijcere. Nō est igitur auxiliū illud solū illuminās intellectū, sed afficiēs & velut mouēs voluntatē, iam

inspicē, quōties auxiliū hoc, vnde nostra pendet salus, abijciamus? Deus tñ ferē nūquā cessat, hāc incomparabilē ē cōlis pluuiā instillare. Quis nō laudet Dei munificentia: vituperet nostrā stultitia? Deū, qui talia det inimicis. Nos qui talia reijciamus stulti. ¶ *Vade operare.* Quid tandem est quōd Dñs ope nostro delectatur? Si posuit Deus hominē in paradiso, ad operandū: nū in vinea erit ociādū? paradisu nomē est deliciarū, vinea laboris. Si lubet inebriari ex vinea vino, lubeat sudare in vineę labore. in sudore. n. vultus tui vesceris pane. quanto potius, bibes vinū? Certē nunquā non intellectus noster & voluntas aliquid agūt: an non potius tibi erit, appendere laborem tuū, in panibus vnde inebrieris: quā in ocio, vnde tibi veniat egestas? Si natus es ad laborem, cur horres laborem? nū horret volatū auis, natiōnē piscis? ¶ Dicit tamē. *Vade operare in vinea.* In qua si non laboraueris, extra eam labor erit perpetuus: quia extra vineā: non contingit laborare ad meritū, sed pati ad penā, operare in vinea. i. in ecclesia, extra quā nullus labor vinū meretur. ¶ Nota verbū paternū: operare in vinea. Ita solent patres filios admonere, vade operare in vinea. i. in te tua. non alij laboras: sed tibi, tibi vindemia cadet. Et licet mea vinea sit, & ppter ea esset operandū licet nihil inde tibi cōmodi cederet: sed operare, quia tuū cōmodū erit, quā ratione non dixit, benē operare: diligenter operare: sed operare, nā tu a res agitur. ¶ At quia vinea tota sancta est, piaculū erit in sanctitate peccare. s. in terra sanctorum iniquē agere.

Filius dixit *nolo.* O impudentē libertatē. Dic, quę nā creatura hoc te verbū dicere docuit? aut quid in Deo inuenisti, quōd ad id dicēdū animaret? Cur non oēs creaturę cōtra tantā impudentiam insurgunt armatę? Cur & creator talem fert in creatura iniquitatem? Quis dicit nolo: & cui dicit: quę nam est causa dicendi: & quę tandē erit pena dicentis? O, nolo, tu contemnis Deū: tu irritas creaturas, tu occidis eum qui te dicit, tu claudis cōlū, tu referas infernū, tu inferni flāmas accendis, tu tortores tantę inuerecundię vindices pparas. O nolo, si tu non fuisses: nec angelus laboretur ē cōlo, nec hō exulasset ē paradiso, nec vlla miseria esset in orbe. O nolo, fons, radix, & abyssus omniū malorū. o mōs Gelboe, vbi oēs fortes cadūt, maledicat tibi omnis creatura. ¶ Sed benē habet. Ex gratia Dei factū est, vt qui prius dixit nolo, postea penituerit. Nā penitētia motus abiit, eam penitentiā Deus offensus, aio offēdētis inseruit. Offensus, n. adhuc pater est, & affectu paterno, filium per penitentiā reuocat ad vitā, quē propriū, nolo, perduxerat ad mortē. ¶ Et penitētia motus abiit. ergo penitētia motus est, efficacia est, & impulsus ad operandū in vinea. Qui ociosi non operantur in vinea, penitentes verē non sunt. Penitētia affert secum gratiam & virtutes: quibus velut manibus anima laborat in vinea.

Acedēs Pater ad alterum dixit similiter, id est, prębuit auxiliū sufficiens: vt si filius hic vellet resurgere, posset. Est igitur Dñs sol illuminās omnem non se subrahentē. Est ignis calfaciens omnē non se auertentem. ¶ Dicit filius: Eo domine. Verbum est Iudęorum in sua lege fidentium, & de eius se ex cētissima obseruatione iactantium. Dicit enim ille: ieiuno bis in sabbatho, &c. & alij non edunt nisi lauent manus, lectos, vrceolos, &c. Sed quia hęc exterior obseruatio (sine interiori) mundare animā non potest: ad modicum enim vtilis est: ideō licet Iudęus dicat, se ire in vineam, non ita tamē. Quicquid enim fit, si non ex Christi amore fiat non est in vinea laborare. Attendant hęc Pręlati, reges, clerici, laici, qui multa faciunt: non ex gratia Christi: sed vt videantur ab hominibus, receperunt mercedem suam. ¶ Primus filius qui dixit, nolo postea iur: fecit voluntatem Patris. Quid? num fuit voluntas Patris, vt ille diceret nolo? O altitudo diuitiarū scientiæ Dei! Iustē Paulus inquit. Conclufit Deus omnia, in incredulitate vt omnium misereatur. At non fuisset misertus Pater filij nisi prius nolisset filius. Ergo licet Pater noluerit, vt filius diceret nolo: permisit tamen, volēs nolentis misereri. Hoc, hoc est gaudium coram angelis Dei, super vno peccatore prius nolente, postea pęnitentiam agente: ac ita diuinā voluntatem implente. Certē voluntas Patris non est, quod sit delictum. Est tamen, vt vbi abū datur delictum, gratia superabundet. ¶ Rectissime ergo infertur. *Publicanū & peccatores precedunt vos in regno Dei.* Id est, in regno gratiæ: non cuiusq; sed iuperabundantis. Sanē in lege veteri, gratia dabatur hominibus: sed dabatur angustā: nō superabundās. Dabat Deus panem arctū, & aquam breuem. Lex verō nostra, lex gratiæ est, ita superabundantis vt flumina de ventre eius qui eam recepit, fluāt aque salientis, in vitam eternam. Hanc gratiam superabundantem, & effluentem recipiunt saepe, qui maximē peccatores fuerunt. Nescio enim cur factum sit, vt Apostoli affluentissimam gratiā accepturi, in die pentecostes, scēdissimē lapsi sint, in tempore Passionis. Num conclusit eos Deus in peccatū, vt eorum misereretur? num noluerūt, & relicto eo fugerūt: vt in regno Dei reliquos pręcederēt? Ergo Deus non vult peccatum esse: sed vbi peccatum est, gaudet videri misericors. ¶ Certē si Iudęus sine fide Christi, suam legē serualet pręmia humana, suæ humanæ iustitię referret. Bona enim terrę comederet, laboresq; manū suarū māducaret. Porro volēs Deus maiora pręmia fidelibus dare, aliam iustitiam inuenit: quā vires non attingunt humanę. Sicut iustitiā fidei, quā Christus & sua Sacramenta largiuntur. Hanc iustitiam recipiunt publicani & peccatores. Non veni, inquit, vocare iustos, sed peccatores. Et, fidelis sermo, Christus venit peccatores saluos facere. Porro peccatores hi, Christi iustitia rece-

pta: tanto pręcedunt Phariseos in sua iustitia fidentes, quanto cælum terram: æternitas seculum, Deus hominem. ¶ Porro hoc verbum videtur Dominus dixisse, vt Phariseos prouocaret ad fidem. Paulus ferē in eodem argumēto inquit. Iudęorum delicto, salus est gentibus: vt illos illi emulentur, & infra: ministerium meū honorificabo, si quomodo ad emulationē prouocem carnē meam. Ita nūc Christus dicere poterat. Phariseorum delicto, salus est publicanis & peccatoribus, vt hos illi emulentur. Quid enim aliud Pharisei in publicanis ad Christum cōuersis, spectare poterāt: quā eximiam sanctitatē? ¶ Nam in illo verbo pręcedunt, indicatur Phariseos retro manere: at graue malū est, retro esse. Dictū est. Abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis sui mali, facti sunt retrorsum, nō in ante. Paulus etiam quæ retrō sunt obliuiscitur, in anteriora se extendēs. At in maioribus ecclesię, retrō manere, grauisima culpa est. Proferunt enim se esse pastores, qui ante oues suas vadant. Et prudentissimē Hierony. inquit, grauisimum est malum, si laicorum vita, vitam sacerdotum excedat. Crescebat hęc in Phariseis culpa: vt qui videbant Ioannē, cuius tam erat vita singularis, vt etiam publicanos ad meliorem mentem reuocant. Pharisei tamen immoti durabant, deo subdit Dominus. ¶ *os videntes, nec pęnitentiam habuistis: vt crederetis, &c.* Vides grauisimam culpam, nō pęnitere, vbi prędicator prędicat magnifice, viuītq; sublimiter. ¶ Aduerte illud, non egistis pęnitentiā, vt crederetis. Ergo quadam tenus, fidem pęnitentia pręcedit. Rectē igitur Paulus, conscientiam bonam relinquentes, a fide naufragauerūt. Rectē & S. Tho. in 2. 2. q. 4. at 7. dicit, virtutes quadam ratio: pręcedere fidem, id intelliges, si videas, quōd qui vehementius pęnitenti radijs lucis vberius illustrantur. Qui non pęnitent fidem habent sepe tenebrosam. Ergo fidei ingressum pęnitentia sequitur, progressum saepe pręcedit.

### Aliam parabolam audite.

Satis a Patribus de vinea Iudaica dictū est. Dicā quæ ad vineā Christianā pertinere videbuntur. Si. n. De<sup>o</sup> Iudaicā vineā, in cornu filio olei, loco pinguisimō collocauit, pfectō Christianā vineā, in multo pinguiore loco plantauit. Certē singulos Christianos plantauit in ecclesia (vt vires in vinea) impinguata sanguine & pinguedine Christi. Planē hortus ille in quo Christus orās suadavit impinguat<sup>9</sup> est Christi sudore sanguineo. Vnde & verē nomen Getsemani, id est, hortus pinguis, dici meruit. Quæ. n. pinguis sunt, vehementi calore soluta, terrā pinguedine rigāt. Ita diues Christus, vehementi charitatis calore in hortu succensus, sanguinē fudit, quo hortus rigatus, pinguis effectus est. Hort<sup>9</sup> hic ecclesia est. in hoc pingui solo, vt in cornu filio olei, plantatur qui baptismum suscipiunt. Vt ex pinguedine ecclesię su-

fix fugentes, vinum Deo proferant suauissimū.

Quam verò sapienter Christiani dicantur vi-  
tes in hac vinea plantatę: dicam, vt potero: res  
enim grandis est. Primum, vt nouellę piätatiões  
egent pedamentis, & statuminibus, quibus al-  
ligētur: ita nouellus in vita Christiana, eget ma-  
gistro, & doctore: cui nitatur, ne facilē cadat. Vt  
igitur à Mose & Iosue, inducuntur Iudęi in terrā  
promissam: ita à doctoribus & ductoribus erigū-  
tur pij, in vitā eternā. Nec est leuiter inspicien-  
dum: quod etiā Moses ducatum, & consiliū à so-

Iosue. 1.

Exodi. 18.

Eccles. 4.

Ioannis. 15.

1. Timo. 5.

Luce. 8.

Leuiti. 10.

1. Thefs. 4.

Ioannis. 15.

Sapient. 3.

1. Timo. 5.

2. Corin. 2.

Psal. 79.

Isaia. 26.

Psal. 120.

Cantic. 2.

cero Ietro obnixē requirit. Nemo igitur viam  
Christianā solus sine magistro ingrediatur. Vē  
enim soli. ¶ Tum necesse est vitē putari, ne vir-  
tus vitis in folia luxurians, euanescat: ita necesse  
est carnales Christianorū affectus amputari: vt  
virtus spiritualis multū proferat fructū. Egre-  
gius agricola De<sup>9</sup> est: is sepe palmites rescindit:  
qui videbantur in vite pulchri, & necessarij, res-  
cindit à pia matrona maritum, filios, facultatem.  
¶ Vt verē vidua, & desolata manēs, in Deum spe-  
ret: & ita fructum adferat in patiētia. ¶ Quod si  
rescisa vitis multum lachrymet illa, tabescit ei<sup>9</sup>  
intima virtus: ita si cū Deus bona tua rescindit,  
multum doleas, caue ne tabescas: dole cum Aarō  
pro filijs defunctis: sed interim ne multum do-  
leas, sicut gentes quę spem non habent. ¶ Sed  
maximē ex vite racemos expectamus. Quam  
causam arbitror esse, quod Dñs fideles voluit vi-  
tes appellare: vt ex quibus charitatis racemos  
desideret: nihil moratur racemorū genus, aut co-  
lorem, aut saporē, modo charitatis racemi sint.  
In racemo multi accini sunt: ex vno pediculo  
pendentes. Ita in nobis ex vna charitate oēs ho-  
mines debent depēdere, hoc enim est præceptū:  
vt diligamus inuicem. Hos racemos si vitis ha-  
beat, generosa vitis est. ¶ Vt verò racemi recē-  
tes acidi sunt, nisi fiant sole torrente maturi: ita  
nouella charitas aliquid ex carne nostra, acoris  
habet, donec tribulationis igne purgetur. Qua  
ratione Dñs electos, in tribulatione pbat, sicut  
aurum in fornace. ¶ Demū vix ad maturitatē  
pfitit vna, in humenti loco proueniēs: ita vix  
charitas, in delicijs nutrita grandescit. At verò  
neq, vitis terrā perpetuo sitientem patitur: alio-  
qui corrugata siccatur. Ita & charitas suis aliquā  
do fomentis eget. Consolatur enim Deus suos  
in tribulatione eorum.

Habuit sepem, turrim, & torcular Synagoga  
vetus: habet & ecclesia nostra. Et quidem nō est  
quod dubitemus protectionē Dei esse sepē: quæ  
cum au fertur, exterminant vineā oēs qui præter  
grediuntur viam. Dictū etiam est: quod saluator  
ponetur in vinea murus & antemurale, vt nihil  
sibi vinea timeat, tali muro vallata. Maximē cū  
murus res viua sit: & nūquam dormiat, nec dor-  
mitet, qui custodit Israël. Protectio ergo Dei,  
imò Deus ipse est vineæ seps. ò felicem vineam  
ita muratam. ò infelicem tali muro discinctam.  
Scio vulpeculas paruas in vineam irrumperet:

sed id permittit Dñs: vt colonorū curā excitet.

Sed age, quid torcular est, quid turris: res est  
explicatu difficilis. Ex Isaia habemus: torcular  
calcaui sol<sup>9</sup>, & calcaui eos in furore meo: id est,  
calcaui peccatores in furore meo, & respersus  
est sanguis eorum in vestimēta mea. Da igitur  
tu mihi locū, in quo Deus calcauerit peccatores:  
& is locus torcular erit. Certē si infernus in ec-  
clesia esset: infernus torcular esset. At cū infern<sup>9</sup>  
in hac vita non sit, vbi conculcet Deus peccato-  
res: manifestē colligitur, quod torcular huius vi-  
tę sit iustitia, vindictā de malis accipiens: in hac  
calcauit Deus peccatores. Id quia elegantissimū  
est, non grauiabor explicare. ¶ Sicut in Adam  
oēs fuimus carnaliter: ita in Christo spūaliter: &  
quia oēs peccauerunt: fit vt peccatores, per fidē  
in Christo inueniantur. Porro cum Christus ad  
crucem adducitur, adducūtur etiā in eo, pecca-  
tores, eius. s. membra. adducūtur verò: vt iusti-  
tia Dei, suā in illos exerceat vindictā. Adducū-  
tur ergo ad torcular: Cū ergo vides Christi car-  
nē affligi, lacerari, torqueri: intellige nos etiā in  
illo afflictos, & iustitia (velut torculari premen-  
te) cōpressos. Ergo Christus ex deitate vindex:  
ex humanitate depressus. Ex deitate, calcās nos  
in furore suo. Ex humanitate locū nostrū gerē-  
te, in furore calcatus: & ita sanguis noster, i. pæ-  
na peccatis nostris debita, vestimētis Verbi eter-  
ni: id est carni, respersus est. Iustitia igitur tor-  
cular est. ¶ At quia in torculari calcantur vñ in  
eū finē, vt ex eis exprimatur vinū: idcirco gran-  
dis est misericordia: quod in Ecclesia, torcular  
iustitię De<sup>9</sup> statuerit. Videlicet: vt si torquemur,  
non premamur, vt dānemur: sed vt vinum Deo  
optatū proferamus. Certē grandis est in inferno  
labor: grandis etiam est in Iudaismo, & in Paga-  
nismo. Sed labor hic torcular non est: nō. n. inde  
vinū dulce, Deoq, gratū hauritur. Grāde igitur  
beneficiū est torcular in ecclesia, quod à pecca-  
toribus meliorē exprimit vitā: nemo est qui nō  
peccet, nemo igitur sit qui premi à torculari re-  
fugiat. Non. n. premitur vt prematur, sed vt co-  
rijs liber & nudus: vinū Deo exhibeat. Quis. n.  
Pater est, qui filium non castiget? Castigatio er-  
go paterna torcular est.

Turrē verò arbitror esse charitatē Dei, & be-  
nignitatē, seu misericordiā. Quę cum vbiq, splē-  
deat, maximē verò in Ecclesia: & in hac, maximē  
in Sacramētis, & ex his maximē in Eucharistia.  
In Sacramētis igitur reconditi sunt thesauri  
Christi, velut in fortissima turri. Continent, in-  
quit Conciliū Sacramēta gratiā: continent ergo  
cœlestes thesauros: sicut turris vineę, vasa vino  
plena cōtinere solet. Iā vt solent ad turē sese re-  
cipere agricolę: ita ad sacramēta recipere se de-  
bent, qui in vinea laborant. Quod si quidā ani-  
mas pias ab Eucharistia reuocant, pfectō reuo-  
cant agricolas, ne in turrim se recipiāt: vbi om-  
nia bona sunt recōdita. Agnosce ergo prouidē-  
tiā Dei, in vineā suam. Ipse est vineę seps: Eius  
iustitia

Isaia. 63.

Roman. 15.

Roman. 3.

Roman. 12.

1. Corin. 11.

Hebræ. 12.

Cōcil. flo-

rentin. in

doct. Ar-

menorum.

iustitia (sed in bonum) est torcular. Eius est misericordia turris.

Hanc planè diuinam vineam, Deus colonis locauit: sciens sine colonis posse quidè nò nihil vineam, sed parū: sed quantū creuerit colonorū diligentia, tãto crescet copia fructū. Quæ ratio est, quòd hoc loco non exigit Deus à vitibus fructus, sed à colonis. Fructum aliquando exigit à vitibus singulis, sed fructus plurimū exigit à colonis. Quæ ergo pēna dignus erit colonus qui multorū in vite fructuum esse causa debuerat: causa cōtra est, vel exigui, vel nullius, vel quòd peius est, venenati fructus? Libet his quædā annotare. ¶ Primū tantū excedere debet prælatus subditos, quantū vites, colonus. Quòd & in parabola pastoris indicatū est: excedere. n. debet prælatus subiectos: vt pastor oves, (& si placet:) vt piscator pisces. ¶ Secundū. Non admodū curat qui vineas habent, eas viris bonis locare: modo ijs locet, qui benè vineas colant. At Deus, huius sanctæ vineæ plātor, vtrūq; requirit. Et quòd bonus sit colonus, & quòd benè colat. Cum ergo vineam nemo locet ignaro colono: quæ causa est, quòd vinea sacra ignoratissimis locetur hominibus: Cum sit ars artium regimè animarum, Potius de post fœtantes deligendus esset, qui vineam spiritualem coleret, si artem nosset colendi, quàm vir illustrissimus, si esset artis ignarus. ¶ Tertium. Et illud meminerit colonus, colonū se esse vineæ, non dñm. Colere debet, non dissipare: edificare non destruere. Laborare, nò ociosi. Cur ergo credunt nostri curati, se simulacram receperunt animarū, iā earum principes esse? ¶ Quartū. Non sat est colono, si sui rationē habeat non ei de se solo, reddenda ratio erit. Nò suos solū Deo adferre debet fructus, sed etiam vineæ. Rectè Paulus, etiā si sanctissim⁹ esset, etiā si nihil sibi conscius esset: vq; tñ (ait) mihi si non euāgelizauero. Vt. n. Dñs dat mnas suas: vt ad mensam exponedo, ipse cū vsuris recipiat, ac velut ditior fiat: ita locat vineā, vt labore in eā collocato, Dñs fructus reportet in benedictione, & ita ditior videatur. ¶ Quintū: quā subiectionē habēt vites colono, habeāt aiq; prælato. Nec dubito, qui habet et, si sanctū intelligeret esse colonū. ¶ Sextū. O si cū prælatus suā ecclesiā intrat: sepe aspiceret, torcular, & turrē. Non. n. sine causa voluit Deus esse vinea & murus & ostiū: vt cum in nostrā ecclesiā intram⁹, diuinitatis admoneamur. diuina sunt omnia, tolle calceamenta.

Postea quā vinea locata agricolis est: peregrè Dñs abest. o rē miserabilem: vbi vinea de manu Dñi velut egreditur, & in maus hominū ingreditur, ab ea Dñs peregrè phiscitur. Adeo. n. quidā coloni vinea suscepta superbiūt: vt Dñs eorum superbiā non ferēs, longè discedat. Videas clericū, aut monachū, doctrina & moribus insignē. At vbi Dñs vineā ei locauerit: adeo cōtra Dñm sese erigit: adeo saltu, superbia, & luxu corrumpitur: vt cogat à se Dñm longè proficisci. Surge o

miser, tene eum, nec dimittas donec introduxeris eū in domū matris tuæ. Quis igitur nò vereatur locatā suscipere vineā: si hac occasiōe superbiturus est animus, & abiturus est Dominus? ¶ Intellige & illud. Talē se Dñs ostendit, qualē de eo opinionē habemus: vt diuus admonuit Gregorius. Hortulanus visus est Magdalene: quia nondū illa de Christo deitatis opinionē conceperat: sed eum vineæ seu horti dñm credebat. Peregrinus visus est euntibus in Emaus: quia non illū vitā esse credebant, sed à vita peregrinū. Ita nūc longè pfectus visus, & dictus est: quia & à colonorū animo longè discesserat. & illi eū velut longè distantē arbitrati sunt. An non quidā Prælatorū ita viuūt, ac si nullū Deū esse crederet: aut si esse credant, longè abesse existiment? Rectè de anima meretrice dictū est: nò est vir in domo sua, abiit via longissima. Ita. n. misera credit anima. Rectè & psaltes, de peccatore loquēs nò est (inquit) Deus in conspectu eius: ideo inquinatē sunt viē eius omni tēpore: auferunt iudicia tua à faciē eius. Seruus ille malus cepit inebriari: quia credidit dñm longè abesse: ac ideo longam facturū morā. ¶ Sed hoc adde. Cū videas Deū adeo malorū dissimulatore: cū videas nequitia ita vigere: an nò videtur Deus longè profect⁹? si. n. mala non sustineret, adesse videretur. Cum verò ita nequiter nos agentes sustineat, peregrè pfect⁹ dicitur. ¶ At si Deū nobis nostra peccata fecere remotū: nec vinea coli (vt debet) pōt, nisi sit ipse ppinquus: sit apertē, vt tota vita nobis sit ad Dñm clamandū, vt veniat. Nā licet remotus videatur, audit tñ oratiōes nostras. Nec n. dormit, aut in itinere est: vt sacerdotes Baalidaridēs dicebat Elias. O vtinā nostri Prælati, cū vineā de manu Dñi suscipiunt colendā, ita ad eum clamarēt: vt clamauit Salomō, regno ex Dei manu suscepto. Nihil. n. ei fuit antiquius, quā orare: vt de remotis Dei sedibus, sapientia Dei illi daretur: quā rectè vineam colere liceret.

Cum autem <sup>tempus fructuū esset.</sup> Non est crimen, quòd vitis nò omni tēpore, fructus ferat. Tēpus. n. infantie, tēpus pueritiæ idoneū nò est ferendis fructibus. imò & cū primū quis ad Deū conuertitur ex antiqua peccatorū fece, vix maturos Deo fructus affert. Dictū enim est, anno tertio decimas dabis leuite & aduene: nondū. n. terra idonea est fructos ferre perfectos. At, quòd qui ppter etatē debuerāt esse magistri, ppter ignauia, lacte adhuc egeāt: id graue crimen colonorū est. Graue est etiā: quòd iā etate maturi, iā prope senescētes, & ferē in autūno constitui homines, fructib⁹ careāt: hec est grauis culpa colonorū. Nescio verò an quòd dicā verū sit. Dū gens aliqua de nouo in fide plātat, sua tēpora habet à Deo præfixa: suā. s. quasi infantia, maturitatē, autūnū. Si in autūno gēs fructus nò fert, sequit tunc Dñs. Nec. n. seruijt in gentē Chananeā, donec cōpleretur eorū nequitia. i. donec in suo autūno, fructibus vacua inueniretur,

Cantic. 3.

Ioānis. 20.

Luc. 24.

Prouerb. 7.

Psalm. 9.

Luc. 12.

3. Reg. 17.

Sapient. 9.

Deuter. 26.

Hebr. 6.

Gen. 15.



niretur. Quis non videt regiones illas Ierosoly-  
mę propiores, in quibus fides primū plātata fuit,  
iā fide carere? & quis non suspicetur eius rei cau-  
sam fuisse: quia regiones illę in suo autūno fru-  
ctibus caruerunt? Et nos quidem in autūno su-  
mus: si quę enim nouissima tēpora sunt, hęc no-  
stra videntur. Vbi adeò abundauit iniquitas, &  
refriguit charitas multorū. Admonemur ergo,  
ne sine fructibus vinea nostra sit, ne vē pro vuis  
protulerit labruscas.

Ioannis. 2  
Math. 2. 24

Isa. 5.

Mittit ad nos Dñs seruos in tempore fructuū.  
Dices: Christo gratia, quòd non lapidamus Dei  
seruos. Imò eius prædicatores veneramur, & re-  
ueremur. Ego verò ad interiora oculos conuer-  
to. Si eorum monita opere complemus: non la-  
pidamus, neq; occidimus. At si eorū dicta con-  
tēnimus, hominē quidē venerantes, prædicatōrē  
lapidamus: veneramur eius eruditionē, amplecti-  
mur gratiā: sed lapidam⁹ prædicationē. Et equi-  
dē si sanctus prædicatōr est, non euadet calūnias  
maledicorū: emulationes iniquorū: nonnūquā  
& lapides eorū, qui videntur quidē Dei zelū ha-  
bere, non habent tamē. Nec immeritò Dñs dicit:  
Ecce ego mitto vos, tāquā oues in medio luporū.  
Nescio quibus furijs agantur nostri seculi  
homines quidā: Vbi splendere vident prædica-  
tōrē, eū obnubilare cōtendunt. Vbi arborē fron-  
descere conspiciunt, illi admovent ignem.

Math. 10.

*Hic est heres, occidamuseum, & nostra erit hereditas.*  
Liceat nunc inter Christianos vera liberè loqui.  
Sanè sunt multi qui piorū animos à Sacratissi-  
mę Eucharistię vsu auocent: an non id est hēre-  
dem ē sua vinea eijcere, & ferè occidere? Viuit  
enim in suis Christ⁹: si à suis eijcitur perinde est,  
ac si occidatur. Tū, qui auocat pios homines ab  
oratione Dei, à diuinorū contēplatione: an non  
tibi videbūtur Christū occidere? vel certè Chri-  
stū à vinea sua eijcere? adfert oratio & contem-  
platio Christū ad vineā: qui Christianū ab ora-  
tione pellit, Christū à vinea ppellit. Si Magda-  
lenā à Christi contēplatione remoueres, puta-  
ret illa se à vita abalienatā: videreturq; Christus  
à sua vinea reiectus? ¶ Dices: quę nā fuerit cau-  
sa, quòd coloni, Christianos à cōmunionē, & ab  
oratione repellant? plana causa est. Viuūt illo-  
rum nūnulli tepidè, nōnulli & iniquè. Dum non  
ad sunt viri deuotionis, & splendore & feruore  
flāmantēs, frauntur illi suis delicijs in pace. Dū  
verò in medio noctis flāma accensa est: qui malè  
agit odit lucē: & lucē conatur extinguere, ne p  
lucē arguatur opera eius: ne per lucē agnosca-  
tur eorū vita, vel peruersa, vel frigida. Venite  
igitur occidamus eū, vt luce sublata: nos nostro  
honore, diuitijs & delicijs, omnium malorum ti-  
more sublato, fruamur.

Galat. 2.

Isa. 14.

Mirari interim subit humani animi feram au-  
daciā. Nostra, inquit, erit hereditas. Quid tā-  
dem est, quòd Luciferū mouit, vt hereditatem  
Dei desiderarit? ero inquit similis altissimo.  
Quid mouit Adamū, vt hęc hereditatē cuperet?

voluit enim esse sicut Deus. Quid mouit Giga-  
tes illos, vt turrem construerent, quę in cælum  
pertingeret, quasi diuinitatē sibi de cælo vendi-  
caturi? Quid proritat hos colonos, vt diuinā hē-  
reditatē, id est, cælū terrenū, regnū. s. Dei sibi ar-  
rogare concupiscant? Certè qui legem Dei se-  
mel contēnit, Deū etiā contēnit. Deū contēnēs,  
Deū se in corde suo effingit. Deūq; se esse vult.  
Quid iā mireris, si qui Deū se finxit, diuinā velit  
hæreditatē. Vide quid sit malè incipere? proruit  
iniquus ex Dei contemptu, ad deitatis furtum, &  
inde ad Dei in se occisionē. ¶ Attende rursus,  
in quē puteū auaritia deiiciat auarum. Vt sit hē-  
reditas nostra (dicunt) hæredē occidamus.

Genes. 3  
Genes. 10.  
Ezechi. 28

¶ Nota etiā. Non dicuntur vites occidere: sed co-  
loni. Raro plebecula ferociam habet: magnates  
sunt, qui bellū Deo inferre non verentur.

¶ Nota etiam. Si adeò creaturæ deitatē exoptāt:  
si adeò coloni hereditatē velint esse suam, plana  
via id assequi poterūt. Iustitia id paratur & pro-  
bitate. nā per impietatē via patet ad omnē mise-  
riam. Vir pius esto: tuus erit honor, tua ecclesia,  
tuū cælū, tu⁹ Deus: omnia. n. vestra sunt: si mo-  
do vos estis Christi. Quid faciet Dñs vineę his  
colonis? Circumstantes respondent, & Dñs con-  
firmat. *Malos, malè perdet.* Quid est malè perdet?  
num facit Deus aliquid malè? nū qui benè om-  
nia fecit, hos solos malè castigat? imò pfecto nō  
malè, sed benè perdet. Respōderi potest, hūc esse  
tritū loquēdi vsu: cū vehemēter quē lēsimus:  
dicimur, eū malè tractauisse. ¶ Sed rē profundū  
dicamus. Cū De⁹ hominē castigat ad eius emē-  
dationē: benè eum castigat. Sed cum eū ad con-  
dēnationem castigat, malè eum perdit. Solēt cal-  
lidi homines cum ludu nt principio parua perde-  
re, vt sic colludentē alliciant, & ab eo maiora lu-  
crentur. Qui igitur initio perderet: vt in fine lu-  
crū adquireret, is benè perderet. Sed si perderet,  
non lucraturus, malè ille perderet. Ita pfectō  
Dñs lusit eū Petro, cum Paulo: Initio eorū iactu-  
rā pmittēs, vt eos postea maiore lucro reciperet.

1. Corin. 3  
Marci. 7.

Id sanè erat benè eos pdere, quos postea melius  
recuperaret. Sed cū Iudā, cū Iudęos amisit, nolēs  
postea lucrari, id verò fuit malè perdere. Psaltes  
inquit: Vendidisti populū tuū sine pretio, & nō  
fuit multitudo in cōmutationibus eorū. Cū igitur  
Paulus spirat minas & cēdes: vēdebat Deus  
Paulū Paulo, mundo, & dēmoni. Nō sine pretio:  
vendebat. n. Paulū superbū, vt sibi redderetur  
Paulus factus humilior. Sed cū Iudas perijt, vē-  
ditus est sine pretio. Non fuit in melius cōmu-  
tatio facta: id. n. est, esse multitudinē, & meliorē  
conditionē in cōmutatione. Cū igitur ita Deus  
vēdit, malè & infeliciter perdit. ¶ Adde & aliud  
Psaltes inquit. Cum sancto sanctus eris, & cū per-  
uerso, peruersus eris. Igitur, sicut cū pijs videtur  
Deus nimiū pius: quia maiora illis tribuit, quam  
in cor hominis ascendere potuerint: Dicit. n. Pau-  
lus, quòd nimia charitate Deus dilexit nos: vt er-  
go Paulo visus est Deus nimius diligendo: ita  
si iij. videris.

Math. 26  
Math. 27  
Psal. 43.  
Act. 9.  
Psal. 17.

1. Corin. 2.